No. vv.

15.1.4

6550

SCS #1545

T. F. Torrey

Christian Religion (Defence of)

SCS #1545

# VINDICIÆ RELIGIONIS CHRISTIANÆ

1. Pet: 3. 15.
*Estote autem semper parati ad respondendum cuilibet petenti Rationem ejus Spei quæ in Vobis est.*

EDINBURGI
*Excudebat JOANNES REID,* Anno DOM: 1698.

# CAP. I.

## DE *VERITATE REVELATÆ* RELIGIONIS

SUPREMUM & absolutum infinitæ Perfecti entis in Deo Dominium, prout magis aut minus innotuerit, ubique Gentium, & omnibus retro seculis, cujusdam Religionis necessitatem cogente ratione suasit; Illamque pro vera Religione habendam quæ ipsius Numinis attestatione insigniri clare perspicitur: Quis etenim omnimodam perfectionem sibi objectam non venerabitur? Quisve hominum illi denegabit Cultum, quem sciverit esse omnium bonorum largitorem, ac penes quem summam Vitæ & necis potestatem esse noverit

rit: Hoc Officium Cultum Religiosum Deo exhibendi est Lex quidem non solum scripta, sed nata; non lata, sed ab ipsa natura rationali arrepta ac hausta; Ita ut *Cicero* fateatur. *Nullam Gentem esse tam barbaram, quæ non aliquem colat Deum.* Quod admodum quo hic cultus religiosus persolvendus sit, talis proculdubio esse debet qualis maxime Deo summe potenti gratus, ac Divinæ suæ Naturæ quam aptissime congruus; Et an ullus quæso gratior aut mage congruus esse potest, quam istiusmodi qui ipso Deo Dictatore efformatus & exaratus est. *Huc* usque non patitur apud ullos communis rationis impetus vel minimam consentiendi morulam. Num vero unquam revelaverit Deus specialem aliquam Cultus sui Religiosi Institutionem, & quænam ea sit, collimat hic Libellus ulterius dilucidare.

Subit equidem mirari hoc etiam seculo extitisse homines, vel bruteſcentibus vitiis adeo occæcatos, vel fastuosa supra alios sapiendi prurigine ita effrenes, ut

ut, derelicto tritiore Veritatis tramite, eos præcipue delectet extra Oleas ut aiunt, devagari; nec quodlibet portentosum licet dogma vereantur excudere. Hujusmodi insanientis Gens sapientiæ, giganteo plane ausu, contra Deum bellum gerere non contremiscit; annitendo omnem revelatam Religionem convellere, ac tanquam fictitiam funditus eradicare: Sed audax hoc male feriatorum tentamen non magis impietatem redolet quam præbet se omnis cujuscunque rationis expers: Nam probatum dabitur, 1*mo.* Revelatam Religionem, non tantum congruitatis, sed & necessitatis rationi esse subnixam. 2*do.* Eandem realiter de facto esse.

## CAP. II.

### *De Congruitate & Necessitate Revelatæ Religionis.*

DEUM revelasse modum quo Ipse ab hominibus coleretur, & quo

homines pertingant ad propriam eorum felicitatem, apparet ſumme conſentaneum bonitati Divinæ, nec non maxime neceſſarium proprio & ſummo hominum bono. 1*mo*. Enim Deus Optimus Maximus indidit humanæ naturæ ſpirituales facultates, Divinæ ſuæ Naturæ aſſimulationis, Divinæque cum Ipſo communionis capaces, cunctis ſublunaribus inexplebiles, ac nativo quodam impetu, ſemotis impedimentis, ad ſuperna tendentes. Hanc eſſe Animæ rationalis temperiem, non tantum reales perceptiones, & liberæ agnitiones bonorum quorumcunque, ſed & malorum ſe vitiorum ſordibus maxime involventium tacita interius renitentia, nec non eorundem ſera aliquando penitentia evincunt atque proclamant: Quocirca ita ſe rem habere cum anima rationali, nemo inficias ibit, niſi quis Epicuri de grege porcus, qui & Numinis exiſtentiam & animæ immortalitatem, ſuſque deque habens, omnem *Religionem* naturalem juxta ac Revelatam abdican-

dam

dam duxit. 2*do*. Solitariæ naturalis luminis vires non sufficiunt ita homines dirigere, ut ad ea tandem perveniant, quorum facultates eorum sunt capaces, vel erga quæ puriora sua desideria in ordine ad plenam acquiescentiam feruntur: *In* quo casu an non Dei benignitati summe congruum est? Divinæ suæ revelationis hominibus sub ignorantiæ caligine laborantibus suppetias ferre, quibus clarius videant & certius assequantur quod consonum est eorum facultatibus & votis; & sin ita sit, omnium quæ Vitali aura fruuntur, homo esset Creatura perditissima, & maximæ miseriæ subjecta, quippe iis viribus plane orbatus, quibus debita sua Officia persolvat, & ad propriam metam vel finem perducatur.

Quam spissis tenebris involuti sint *Adami* Posteri, luculentum satis Testimonium præbent grandes defectus, delirantia phantasmata, pudendi errores illorum qui maxime ingenio & eloquio claruere dum facem solummodo naturæ secuti

ſecuti ſunt: Qualiſcunque fuerat Ethicorum in re Phyſica & Mathematica perſpicacitas aut in dicendi arte ſuavitas atque vehementia; quam obſcura tamen, manca, falſis & putidis dogmatibus referta erat eorum Theologia? *Ex* ijs equidem non pauci multum ſudarunt in moribus excolendis; verum tamen illorum omnia præcepta, ac celeberrima quæque geſta, exteriorem, intacta cordis pravitate, hominem præcipue reſpiciebant, & ſuperbiam ac vanam gloriam veræ virtutis tineas redolebant, ita parum operam navarunt in perdomanda ſuperbia & in vana gloria coercenda, ut hiſce tanquam præcipuis incitamentis profeſſi ſint ſeſe ad præclarum quodque ſubeundum ſtimulatos fuiſſe. Quam jejuna & minus terſa, oportet eſſe apud eos de moribus Doctrina; qui Deos vitiorum patronos coluerunt, & quibus nihil certi cum ulla evidentia conſtabat de præmiis & pœnis ultra fugientem præſentis Vitæ umbram, & quorum conceptus de beatitudine præcipua moralium

actionum

actionum motrice, adeo terrena versus plerumq; subsidebant, adeoque discordes fuere, ut non magis a veritate aberrarint quam singuli inter se pugnarunt.

Summum fastigium ad quod pura puta natura unquam evecta fuit ad hæc Capita reducere licet. 1*mo.* Homini obvium esse potest unum tantum esse & perfectum ens, Deum, utpote, a quo se & omnia originem duxisse. 2*do.* Naturæ lumine inclarescit illud unum & perfectum ens omni profundissimo cultu esse dignum & illi æquissimo jure deberi. 3*tio.* Suspicari permittitur hoc unum & perfectum ens non plene hominibus favere, ob quandam contra illos concep. tam iram; cujus gratia, magnam esse expiationum necessitatem; & omnium inter esse Deum pacatum iri, & cum eo reconciliari; spemque illius ex generali divinæ in Deo bonitatis apprehensione fovendam esse. 4*to.* Præbet se hariolandi ansa hominem ad altiora natum, quam illi in hisce terris frui largitur, & dubitanter ac obscure expectanda esse a Deo præ-

mia

mia et pœnas in alioquodam rerum ſtatu?

Mirum quidem eſt naturalis lucis ſcintillam humanæ induſtriæ ventilabro tantum ſufflatam tam claros emiſiſſe radios: ſed non dubitandum eſt, quin Ethnicorum doctiſſimi haud parum lucis fœnerati ſint à Sacra Judeorum Lampade; & nulli dubium eſſe poteſt, quin, evulgata doctrina Evangelica, Ethnicorum doctrina, multo purior, multo plenior extiterit; ſingula vero prædicta capitâ vel commata naturæ concedantur; illius filios, hoc non obſtante, in craſſa ſatis caligine delituiſſe clare apparebit. In primo commate; qualem, qæuſumus, divini entis notitiam habuere, quam indiſtinctam & obſcuram? immo quam multa Deo indigniſſima commentiti ſunt; In 2do. quam longe abiere a vero et ſano colendi modo Deo digno? quid aliud magna ex parte in eorum ſacris ritibus erat? quod non ſapuit ridendam vanitatem, deteſtandam ſpurcitiem et crudelitatem plane horrendam, æque malos ac bonos ſpiritus divinis honoribus afficere; et non tantum virtutibus ſed et vi-

tiis

vitiis tanquam diis litarunt. In 3*tio* articulo. Omnes plane naturæ filios latuit, unde peccatum initium sumpserit, et qua via expiandum foret, ut homo a vindicta divina liberetur, et in pristinam cum Deo Gratiam coöptetur: Hinc vero quid solatij, absque speciali Divinæ Voluntatis significatione, exhibere possunt humanæ conjecturæ. In 4*to* Commate. Animæ quidem rationales, nativa quadam vi, spirant in altum e carcere etiam corporis egredientes persentiscunt aliam vitam quam quæ hic degitur. Sed ubi et quomodo, hac vita elapsa, tunc sit vivendum nequaquam percipitur. Testis est ille magnus Imperator *Adrianus*, qui moribundus hanc quærimoniam edidit.

*Animula, Blandula, vagula*
*quo nunc abis? & quæ nunc abibis in loca?*
*nec ut soles dabis jocos.*

Quodnam sit bonorum in altero rerum statu præmium, quaeve pœna malorum norunt nulli, qui melioribus oraculis non sint edocti, quam obtende-

runt

runt unquam præstantissimi naturæ mystæ.

Qui prædicta adeo scitu necessaria Ethnicorum oculos maxime lynceos fugisse, ægre credere videbitur; consulat eorum scripta, omnia antiquorum monumenta revolvat: et inveniet non tantum horum apud eos fuisse hanc ignorantiam; Sed oculatissimos quosque ipsorum cæcitatis conscios divinam sepe revelationem et irradiationem specialius imploraſe, et votorum compotes gratias egisse. Pythagoran ferunt centum boves *Jovi* immolasse quod optimam inveniſſet demonstrationem; circulum Sc: hypotenusæ æqualem esse circulis ex duobus lateribus conflatis. *Cicero* ( cui si ulli alii non tantum raræ eloquentiæ sed ingenii maxime acris et vividi natura fuit admodum prodiga ) ait: *Nec unquam magnus vir sine aliquo afflatu divino.* Immo hanc, de necessitate ulterioris luminis, opinionem quam natura ipsa suppetat invaluisse etiam videtur apud populum: Nam communiter in condendis

condendis legibus non satis sapientissimorum hominum sapientia contentus, divorum opem ad eas ferendas efflagitabat. Atque hinc est quod *Solon Minervam, Lycurgus Jovem, Numa Pompilius Deam Ægeriam*, suarum legum Autores suisse confixerint. Ex quibus omnibus facessat naturæ virium superba elatio: Et ut res est pro confesso habeatur, quam cœca sit mens humana in rebus potissimum divinis; et quam necessario egeat hæc cæcitas divina illuminatione, qvamque congruum sit Deo Optimo Maximo, homines adeo cæcutientes superno suo lumine irradiare.

## CAP. III.

### *De Reali Existentia REVELATÆ RELIGIONIS.*

QUOD Deus de facto revelaverit specialem aliquam Religionis Institutionem, non obscure ex Superioribus liquet: Nam durum admodum

admodum eſt, abſq; ulla rationis umbra illius rei exiſtentiam denegare, quam divina præſtantiſsimis terræ incolis benignitas poſtulat, ni ſub viliſsimarum rerum conditionem ſubſidant, appetendo et non aſsequendo quod proprium ſit eorum facultatibus ab ipſa Numinis creatrice manu ſibi inditis.

Sed ne maximè protervis ulla ſit oganiendi anſa; aut locus dubitandi iis claram veritatis cognitionem tantummodo exoptantibus, evidentiſsima, quantum natura rei patitur, proferetur demonſtratio, ab indubitandis divinæ revelationis ſignis petita. Horum ſignorum exhibebuntur duo, unum connotans naturam revelatæ Doctrinæ, alterum modum revelandi, quæ (quod ſemel monuiſſe ſufficiant) non ſeparatim ſed junctim penſitanda veniunt. Primo ſi detur Doctrina ita abſolute pura, et omni ex parte ad divinam gloriam et humanum commodum promovendum ita coaptata ut in hiſce priora omnia naturæ dictamina longe excedat. 2*do.* Si in

prima

prima hujuſmodi doctrinæ traditione et evulgatione Deus illam confirmandi gratia, opera miraculoſa ediderit divinæ ſuæ Omniſcientiæ et Omnipotentiæ characteribus inſignita et proinde omnes naturæ vires ſuperantia, quid obmuteſcere poſsit mens humana? Vel in medium adducere e contrario queat ingenium maxime pervicax, talem doctrinam cœlitus non eſſe delapſam.

Neminem ſperatur Deo denegatutum voluntatem ſuam ita hominibus revelandi poteſtatem ut revelationis illius veritas ipſis indubitate pateat, et hoc non tantum immediate per interni luminis vigorem Prophetarum et Theopneuſtarum mentes perfundentem; Sed per interveniens quoque illorum Prophetarum & *Theopneuſtarum* miniſterium. Quod cum ita ſit, quid ulterius excogitari vel deſiderari poteſt ad ſecernendum in quopiam ſpiritum propheticum, vel inſpirationem voluntatis divinæ annunciatricem, quam puritas ſublimis, incomparabilis annunciatorum utilitas majeſtatem, ſanctitatem & ſapientiam

entiam divinam redolentes, una cum facultate eorum quæ Deo tantum competunt effectrice.

Nunc quod talis Doctrina fit tradita cujus traditio istius modi, divinis operibus fuerat comitata; Christiana Religio satis superque probat. Per Christianam Religionem non quidem intelligenda est istius modi quæ variis hominum commentis obfuscata & interpolata est; aut quæ evanidis speculationibus et quæstionibus minus frugiferis est jam vexata, atque perplexa, sed illa demum, quæ primitus, *Semel tradita Sanctis fuit*, ut loquitur Apostolus *Jud.* Si hanc suggerat quis minus facile inveniendam fore, ob multas ex studio partium discrepantes sententias: respondetur, primævam doctrinam, quantum præsens institutum postulat, non obstante nimia controversiarum multitudine, haud multo labore erui posse; seponendo nempe omnes contraver. sos articulos & illos in unum fasciculum colligendo quibus omnes Christianismi professores communiter suffragium ferunt.

Vel si expeditiorem inire viam, in votis sit ; reducantur credenda ad symbolum Apostolicum ; expetenda ad Orationem Dominicam ; agenda ad Decalogum explicatius à Salvatore nostro illustratum in Divino ejus sermone supra montem ; Sacramenta ( vel externa signa Dei gratiæ erga homines & hominum fidei ac obedientiæ erga Deum ) ad illas simplices à Christo ipso institutas formas. Ex his igitur eorumque necessariis consequentiis de Christiana doctrina disserere liceat; & quid Deo indignum, aut homini damnosum contineat ? immo quod hujus maximo bono & illius summæ Gloriæ non conducat.

Proponitur enim ibi Deus, ut infinitè bonus & perfectus, omnium effector & largitor, in Trinitate personarum venerandus cultu præcipue spirituali, nec non etiam corporeo, in quantum erga Spirituum patrem manifestetur simul & excitetur interna animi devotio, habetur etiam inibi, quod hominibus sub culpa imbecillitate & miseria Laboran-

tibus maximo debet esse solatio; per Redemptorem, Sc: Jesum Christum, omnibus serio & non nimis sero pœnitentibus, eundemque vere credentibus gratiosa promissio, non tantum peccatorum remissionis sed & ulterius gratiæ ad legem perfectius implendam; ac cœlestis & ineffabilis gloriæ in æternum tandem fruendæ: Leges identidem latæ sunt perfectissimæ, quibus dirigantur homines in Officijs erga Deum & alios candide præstandis. Prohibentur etiam vitia non tantum publica sed privata, non tantum, majora sed minima, non externa solum vitæ, sed interna quoque cordis & cogitationum. Et ut excitato cursu prosequantur homines vitam hujus modi institutionis sanctimoniæ conformem; qui stimuli? acrimoniam habere possunt pungentiorem quam diriissimæ pœnæ & glorioſissima præmia ibidem proposita, à Deo si non in hoc in altero saltem seculo, cunctis, ut paterit, tribuenda. Quod ad Sacramentales vel sensibiles Christianorum ritus hominibus in

hoc corporeo ſtatu apprime utiles, quam pauci, quam puri, quamque ſignificantes ſunt, quis non videt & fatebitur? Præterea Chriſtianiſmo nihil eſt, a quo natura humana abhorreat; vel quod non ſit, pro natura rej, rationali temperie accommodatum.

Firmiſſime quidem tenendum eſt, contra quoſdam non inſpirationibus, ſed veſanis furoribus correptos, veram revelationem non extinguere, aut perverſum agere, ſed clarius illuminare et perfectius reddere lumen naturæ nihilque illi contra dictorium tradere: Nam lex naturæ eſt lex primaria, hominibus primitus a Deo data, & ipſorum naturis ita impreſsa ut ab iiſdem non ſit divellenda, Quocirca non putandum eſt, vel ex toto vel ex parte Deum unquam velle eam ſuppreſsum vel revocatum iri, ſed illi tantum divini sui spiritus irradictione clariori redditæ, ulterius quodcunque specialis revelationis lumen ſuperaddere, Nihilominus vero; revelari

à Deo poſſunt quæ circa ejus naturam & exiſtentiam verſantur rationi quidem non contraria, captum tamen rationis *S*uperantia. Et in hoc nihil eſt cui ſana ratio non ſuffragetur: Nam quis unquam ſomniaverit, finitum, quale eſt mens humana, infiniti capax eſſe. Horum Vero rationis captum ſuperantium revelatio non inutilis habenda eſt; quum preſertim majorem exhibendi Deo reverantiam & adorationem, & in eundem fidem exercendi occaſionem præbeat.

Omnium immeritiſſimo hic difficultates objiciunt naturalis Theologiæ, profeſſores, Phyſicæ & Matheſeos cultores. *S*olvant illi quomodo *L*iberum arbitrium conveniat cum præſcientia Divina; quomodo ſubſtantia immaterialis moveat ſubſtantiam materialem: Explicent difficultates de linea diagonali de motu, *&c.* Thraſonica tunc audiatur eorum jactantia, illorum perceptiones eſſe rebus omnibus etiam divinis adequatas, & nihil admittendum quod ulla illis difficultate præmatur. An non decet Homines ad motum

motum muſcæ cœcutientes, doctam de divinis profiteri ignorantiam; Et rationem, prima veritate de ijſdem dictitante, in obſequium fidei captivare. Deus porro poteſt revelare quædam circa officia illi & alijs debita quæ ratio nunquam advenire potuiſſet; enucleata tamen & evulgata Tanquam æqua & juſta approbare non renueret & hic nihil aliud poſtulatur quam ſcientiam divinam eſſe humana quacunque præſtantiorem & perſpicatiorem, quod non ignorant nec negabunt etiam infimæ ſortis aſſelli.

Jam cum doctrina Chriſtiana ſit omnibus numeris perfecta atq; cunctis ſordibus terrenis defæcata, cum gloriæ divinæ tum naturæ rationali ejuſq; omnibus commodis adapta, ac modo plane eminentiori, quam unquam in anteceſſum illuxerit mundo, quid hariolari fas eſt vi hujus ſequelæ obſtaculo fore, hanc, quippe Doctrinam eſſe divinæ Mentis ſpiramen, ac propterea fide firmiſſima amplectendam; nec non ſummæ obſervantiæ cultu proſequendam.

ſed

Sed ne ulla illi subsit hesitandi ratio aut rationis umbra, non tantum probandum est, Doctrinam Christianam ob illi batam ejus puritatem et stupendam sapientiam in ea renitentem, divinæ mentis Imaginem referre, ac omni ex parte, ad homines in divinæ naturæ similitudinem efformandos, compositam esse: sed insuper eidem, Deum operibus miraculosis sibi proprijs, testimonium exhibuisse.

Multa quidem miranda à naturæ mistis, plura (in quorundam tentamen & aliorum justam pœnam) a Demonibus absconditarum naturæ virium admodum gnaris præstari possunt et præstantur: verum tamen opera miraculosa Deo peculiaria ob istius modi haud difficile secernentur. 1*mo*. Ratione rerum peractarum maximam creatæ potentiæ activitatem superantium. 2*do*. Respectu finis in quem opera perpetrata sunt, utpote in Dei Gloriam & Grandem aliquam hominum commoditatem; non vero vanæ gloriæ vanisque hominum phantasmatis Indulgere; multo minus alicui falso dogmati

mati, vel malo & pravo propoſito favere. 3*tio.* Ex modo operandi, nulla quippe cauſa naturali, nulla incantatione, aut cujuſvis nominis niſi ipſius Dei invocatione interveniente. 4*to.* Ratione viſibilis evidentiæ, palam & coram multis, ad lucem diurnam plenam & debitam tranſactis. 5*to.* Ex numero & continuata ad aliquod tempus miraculorum ſerie, ut diutius debito examini Subjiciantur & exinde certius & clariùs de illis conſtet. 6*to.* Ex ordine. *i. e.* nullum admittendum eſt miraculum, quod priori indubitato miraculo, aut veritati ab eadem confirmata adverſatur, Harum conditionum rite penſitarum veritas, propria luce ſplendet ita ut quicunque negaverit eos talia miracula edendi potestate imbutos, eſſe à Deo miſſos, eorumque doctrinam eſſe revelationem, non luce carens ſed lucem plane meridianam aſpicere nolens cenſendus eſt.

Nunc ergo diſpiciendum eſt num Chriſti & Apoſtolorum miracula fuerint hujus generis miracula; quod ut præſte-

tur,

tur, ad prædictarum conditionum incudem revocanda sunt. Et 1*mo*. Respectu rerum per actarum. Quæ altius apud omnes naturam transcendere perhibentur? Quam mortuorum *Re*surrectio, cordium scrutatio, certa & infallibilis futurorum contingentium & actionum a libero arbitrio dependentium predictio, visiva facultatis homini a nativitate ceco donatio, &c. Atqui psissima hæc à Christo & ejus Apostolis opera edita fuerunt. 2*o*. Respectu finis, Doctrinam ad quam asserendam istius modi Miracula prolata fuere, ad divinam Gloriam & humanum commodum maxime spectare superius indicatum est, Adeo alieni fuerunt primi Evangelij præcones, ulla eorum Thaumaturgica facultate à captanda vana Gloria aut ullo sordidis concupiscentijs gratificandi studio, ut ea summe improbarent, & improbandi ergo multorum iram & odium in se converterent. 3*tio*. Respectu modi; plurima Christi et Apostolorum Miracula, simpliciter loquendo, quædam, leviter tangendo non tantum

tantum morbidos, ſed ea etiam quæ morbidorum erant. Alia, Dej nomen ſolummodo invocando, præſtabantur; & omnia abſque ulla naturalis cauſæ influxu vel minimâ incantationis aut faſcinationis umbrâ, ſeveriorem nulli in magicas artes ſententiam tuleruntquam quia illè miracula edidere. Demonibus erant infeſtiſſimi, eos ex hominum corporibus ejicientes, ijſque qualemcunque vim homines lædendi adimentes. 4*to*. Reſpectu viſibilis evidentiæ; horum miraculorum non pauca peracta ſunt ſub dio, palam, cunctis inimicis æque ac amicis aſpicientibus, coram teſtibus numerûm aliquando centenorum aliquando milenorum ſuperantibus, hujus modi miraculorum effectus, non momentanei & phantaſtici, ſed reales & ſtabiles exſtitere; non fucatæ & illuſoriæ artis more ſtatim evanuerunt, ſed ſenſibus obvij ijſdemque percepti in poſterum remanſerunt. 5*to*. Quod ad miraculorum numerum & temporis in ijſdem peragendis durationem, plura equidem a Chriſto et apoſtolis, ijſque in quos

extra ordinarium edendi miracula donum collatum fuit, peracta sunt quam ullus humanus calculus expediit aut expedire potuit. et hoc non difficile creditu apparebit, si modo in mentem revocetur quam numerosa fuerat multitudo eorum qui miraculosa virtute donati sunt, quamque multo magis numerosa fuerat illorum turba ad quos varij miraculosæ virtutis effectus indies pertingebant; longinquum etiam erat tempus per quod hoc miraculorum donum perduravit; Ad minimum etenim, omnium calculo, per sexaginta aut septuaginta annos. postremo quod ad ordinem attinet; nullam priorem veritatem, vel naturæ rationali connatam vel indubitatis quibuscunque miraculis suffultam, unquam everſam dedit doctrina Christiana: sed è contra non tantū congenitas naturæ rationalis veritates præsupponit, quin etiam, ijsdem stabiliendis et clarius illucidandis summopere conducit.

Quod ad legem Mosaicam, illam in tantum solummodo abolevit, quantum ipsa

ipsa abolendam fore prædicat. Doctrina Evangelica est, subtracto velamine, ipsa Mosis et Prophetarum doctrina, prædictionum adimpletione, promissionum præstatione, et typorum per Messiæ summi hominum redemptoris adventum in ea quæ circa eum præfigurabant commutatione, magis dilucidè explicata. Unum tantummodo est in tota hac disquisitione postulatum, quod sc: recepta de Christi et Apostolorum ejus miraculis historia sit fide digna et non dubitanda; sed in hoc nihil postulatur quod ab omnibus non conceditur. Adversarij quidem Christianismi audacia, si qua alia, maxime horrenda magicis et diabolicis artibus Christianorum miraculorum originem olim attribuerunt: sed rabidissimi eorum nunquam se contra illorum realitatem et veritatem opposuerunt. et non mirum quod hic habeantur concurrentia omnium suffragia: nam nulla rerum ante gestarum narratio firmioribus aut æque firmis certitudinis indicijs nititur; veritas vero historiæ plenius invicta ratione evicta dabi-

dabitur, quando de authoritate Sacræ Scripturæ, &c: disquirere ventum fuerit.

Cum jam de non comparanda doctrinæ Christianæ præstantia, ut et divinæ illi per indubitata miracula attestatione, clarissime constet; quid obstet conclusioni, dari, quippe, revelatam Religionem, ipsamque esse Religionem Christianam. Quod demonstrandum erat.

## CAP. IIII.

*De modo perveniendi in certam notitiam* CHRISTIANÆ RELIGIONIS

CHRISTIANA Religio non magis est ob divinam ejus naturam & origine veneranda, quam ob præpotentem suam virtutem, sine armis bellicosos debellandi, sine literatura doctos confutandi, absque denique ulla coactiva potestate immorigeros ad sanctissimas sanctitatis regulas observandas convertendi, miranda venit.

Hasce

Haſce profecto primis ſeculis fuiſſe Chriſtianæ Religionis vires, res ipſa locuta eſt: brevi etenim Chriſtiana Religio, per paucorum ſolummodo pauperum inermium et illiteratornm hominum miniſterio, non tantum totum ut plurimum, terrarum orbem, pervagata eſt: ſed ubique gentium tam altos egit radices; ut non *Philo*ſophorum ſubtilitas, oratorum eloquentia, non improborum rabies, nec cruentiſſimæ imperatorum perſecutiones, eam eradicare potuerit; immo de ipſo Romano imperio tandem victoriam reportavit; ac ipſiſſimis mundi imperium gerentibus ſuaviter dominata eſt. Quocirca ſive candidum doctrinæ nitorem, ſive dextram altiſſimi illam ſuperne ſignantem, ſive mirabilem demum ſucceſſum, doctrinæ dignitati, & ſacro miraculorum ſigillo, non imparem ſpectare liceat; fatendum neceſſe eſt, nihil primis temporibus ad Chriſtianam fidem conſtabiliendam defuiſſe.

Sed nobis, ſeculis a primis primævæ traditionis tam longe remotis, viventibus ſciſcitari liceat; quomodo ad plenam animi

animi satisfactionem certiores facti erimus. 1*mo*. Num superius narrata miracula revera unquam peracta fuerint. 2*do*. Quinam sint articuli in ordine ad salutem æternam creditu factuve necessarij, quorum certitudinis ergo producta fuerant prædicta miracula. Nunc cum & in hac & in illa quæstione, de veritate rei antegestæ agendum sit; ipsius disquisitionis natura non aliam ineundi viam patitur aut postulat, quam candide percunctando, quonam certo & indubitato modo, per singula præterita secula ad hoc nostrum præsens, extra omnem controversiæ aleam, traduci possit rerum quæsitarum veritas. Accuratissimo scrutînio tres tantum occurrunt modi certitudinem desideratam spondentes. Primus est, per miracula singulis temporum periodis repetita, homines de singulis articulis certiores facientia. 2*do*, Per continuam spiritus sancti assistentiam, qua tutentur professores, vel ab obliviscendo, ex negligentia & infirmitate, vel a corrumpendo ex malitia & pravitate quæ fidei articulos constituunt aut ijsdem confirmandus

firmandis inſerviunt. 3*tius*, Per authentica Apoſtolicorum virorum ſcripta, divino afflatu exarata, & ſpeciali providentia conſervata, ut ſint dogmatum, eorumque divinæ originis aſſerendæ gratia, ſequentibus ſeculis, non dubitanda monumenta. Quod ad Quartum modum a quibuſdam excogitatum; per oralem, ut loquuntur, & practicam traditionem; illi in præſentiarum ſuperſedebitur; quod ſit omnino inſufficiens ut infra clare probatum dabitur.

In diſquirendo quonam propoſitorum modorum, nos de Evangelij divinitate ejuſque ſingulis articulis facti erimus certiores, Duo tantum obveniunt, de quibus inquirendum eſt. 1*mo*. Quænam dictorum modorum nos pro certo habeamus? Ex incerto enim nullius rei certitudo ſequitur. 2*do*. Sitne ille de cujus exiſtentia apud nos conſtet, uſque quaque certitudini deſideratæ accommodatus.

Quo melius prior diſquiſitio expediatur; dicti modi examinandi venient, ordine dato. 1*mo*. Quoad miraculoſæ atteſtationis conti-

nuationem non est quod diu huic immoremur: Nam nihil tale uspiam dari, Christiani communiter confutentes habentur: Nec ullus est qui asserit miraculosam attestationem, vel unicam, vel præcipuam esse fidei regulam. Et mimine omnium Romanensibus, hac in re, quicquam obtendere licebit: Quia actionis miraculosæ evidentia á sensibus dependet; At hæc ab illis in Doctrina Transubstantiationis omnino subvertitur. Hinc obiter notandum est, quam præfrictæ frontis sit indicium, quosdam sacrificulos pudore non suffundi, dum putidis eorum præstigijs, fidem thaumaturgicæ facultatis apud populum aucupantur.

## CAP. V.
### *De INFALLIBILITATE.*

SEcundo, Quod ad permanentem & infallibilem spiritus sancti assistentiam, &c: Hujus opinationi multum indulgent quidam sectarii ( Euthusiastarum nomine

nomine indigitati) obtendentes ſpiritum vel internum lumen ſibi ſingulis unicum eſſe ductorem. Huic etiam non minus favent Eccleſiæ Romanæ fautores, propugnantes infallibilem in eorum Eccleſia divini ſpiritus eſſe aſſiſtentiam, quæ eam ab omni erronea de fidej articulis deciſione ſalvam tueatur. Præſenti inſtituto non expedit varias, vel horum vel illorum ſententias proſequi, æque inter ſeipſos ac ab alijs invicem discrepantes: nam utriuſque partes placita in hoc uno conveniunt, divinam nempe Chriſtianæ doctrinæ autoritatem & ejuſdem articulorum ſpecificationem ab interioris luminis ductu determinanda eſſe: Si vero Eccleſia repreſentativa, ſecundum Romanenſes, non ſit illuſtri hoc infallibilitatis privilegio donata; multo minus credere fas eſt, quoſvis profeſſores tali eximio dono eſſe imbutos: Quapropter diſquiſitio de infallibilitate apud Romanenſes propugnata, præſenti inſtituto ſufficiet.

Romanenſium infallibilitatem ipſi Romanenſes convellunt; Et hac de re, mu-

 tuis

tuis inter se cladibus concidunt; acerrime enim inter seipsos de illius infallibilitatis sede dimicantes; Et alij alios, ea de re, evidenter satis, falsitatis arguentes, clarissime probant nullibi residere & in utopia tantummodo exulare: Qui enim solius Pontificis vel Papæ infallibilitatem defendunt, illam Generalis vel œcumenici concilii, validis satis argumentis impugnant: Qui vero partes œcumenici concilij agunt, non infirmioribus rationibus Pontificis infallibilitatem refutant: Qui denique, his duabus sententiis posthabitis, tertiam excogitant, nec sc: Generale concilium, nec Papam, per se, sed generale concilium à Papa confirmatum tantumodo esse infallibile, difficultatem nulla ex parte expediunt: Nam Papa per se, vel est fallibilis, vel infallibilis; Si fallibilis, tunc fallibile erit concilium ab eo confirmatum, nam ex duobus fallibilibus nulla exurgere potest infallibilitas & hac suppositione, quid prohibet? Quo minus erroneum concilium sit à Papa confirmatum: Si sit infallibilis, non discrepat hæc tertia sententia

tentia a prioribus, preterquam quod sit crassioris ontradictionis incommodo subjecta, Papam sc: esse infallibilem & non infallibilem.

Sed ut plenius de hoc negotio agatur, penitiùs dispiciendum est, quænam obtendi possint hujus infallibilitatis fundamenta; hisce enim eversis corruit tota fabrica, at hujus generis duo tantum sese offerunt. 1*mo.* Divina infallibilitatis promissio. 2*do.* Necessarium aliquod Ecclesiæ commodum ex infallibilitate proveniens.

1*mo.* Nulla datur infallibilitatis divina promissio, hæc enim si daretur; vel ex Ecclesiæ traditionibus, vel ex sacris Scripturis haurienda foret, nam intra horum cancellos, secundum Concilium *Tridentinum, can:* 1. *sess:* 4. Continentur omnes revelaræ veritates: At si dicatur ex Ecclesiæ traditionibus; tunc traditio illam promissionem exhibens, canone aliquo generalis concilij sanciatur oportet. Sed talem aut repertam aut reperiendam esse non perhibetur. Et ex Hypothesi quod detur aliqua hujus rei traditio, cujuscunque sit generis; recurrit

quæstio, quodnam sit ejus certitudinis fundamentum, cui non alia adhiberi potest debita responsio, quam infallibilitas eorum qui istiusmodi promissionem tradiderunt. Atque hinc patet, si nulla sit infallibilitas, actum omnino esse de omnibus traditionibus non absolute & universaliter receptis.

2*do*. Nullum in sacris scripturis pro infallibilitate divinæ promissionis reperiri potest vestigium: Nam illi textus qui communiter adducebantur, eorum vindicias ita erudite & dilucide ex reformatis egerunt non pauci, ut quidam non infimæ notæ ex Pontificiis scriptoribus videantur manus dare, quod Ecclesiæ infallibilitatem, non sacris scripturis sed orali & practicæ traditioni (de qua suo loco) acceptam referant. Sed ne reformatorum vindiciæ ex una parte, aut quorundam Romanensium tacitæ confessiones ex alterâ, haud plenam satisfactionem exhibere ducantur; insequentibus rationibus pontificiæ infallibilitatis ex sacris scripturis probationem impossibilem esse probabitur.

1*mo*. Nul-

1*mo.* Nullius rei certitudo probari poeſt ex iſtiusmodi teſtimonio cujus nulla ſt aut autoritas aut ſenſus quoad nos, anecedenter ad illius rei infallibilitatem quæ ub quæſtione verſatur: At ſcriptura ſacra uoad nos, ſecundum Romanenſes, nullam el autoritatem vel ſenſum habet quoad ios, antequam ex infallibilitate Eccleſiæ ta ſe habere definiatur. Exinde ergo legitime ſequitur infallibilitatem Romanæ Eccleſiæ non poſſe ex ſacris ſcripturis evinci, niſi hujus modi vitioſus admittatur irculus. Eccleſiaeſt infallibilis quia ſacra criptura eſt infallibilis; Et ſacra ſcriptura eſt infallibilis quia Eccleſia eſt infallibilis: Quod idem eſt, ac ſi quis dixerit; ater gignit filium, & filius patrem: Vel Eccleſia eſt infallibilis; quia eſt infallibis. Ex quo argumentandi genere, quid ertitudinis? Quid evidentiæ lucrari daitur? immo certiſſima ſequitur incertiudo, & tenebræ plane Cimmeriæ. Futis hæc & ridenda ratiocinandi forma evianda non eſt; ni candide agnoſcatur, aut Eccleſiæ Romanæ infallibilitatem ex ſacra

ſcrip-

ſcriptura non eſſe probandam; aut quo
dam ſacri codicis textus, autoritatem
ſenſum habere quoad nos, antecedenter a
Eccleſiæ Romanæ infallibilitatem: Se
ſi quibuſdam autoritas & ſenſus conſeda
tur, cur non & aliis; excogitent adve
ſarii rationis diſparitatem.

2*do.* Quanquam univerſali Eccleſi
infallibilitas conceſſa fuerit, impoſſibi
tamen foret probare hanc, vel Roman
*Eccleſiæ*, vel ſingulari in ea Pontifici
perſonæ reſtringendam eſſe. 1*mo.* No
ſingulari *Pontificis* perſonæ, hæc etenim
reſtrictio aliter probanda non eſt, quam
eum indigitando in aliquo ſacri codici
commate expreſſe nominatum, vel à pecu
liaribus circumſtantiis illi ſoli propriis
concludendo ipſum neceſſario intelligen
dum eſſe: Sed nec hoc, nec illud, un
quam conati ſunt oſtendere, vel *Papæ*
partibus devotiſſimi: tota enim pro pri
matu & infallibilitate Romani Pontificis
argumentorum ſeries, ſic ſe habet. *Petru*
Apoſtolus, *Antiochiæ* aliquot annis exac
tis, tandem *Romæ* conſedit, ibique, pri

uſquam

ſquam martyrium paſſus fuerit, Sedem
el Cathedram ſuam Apoſtolicam illi
rbi affixit, & inſequentes illius urbis
piſcopos, *P*rimatus ſui & infallibilitatis
ucceſſores pronunciavit, ſed totius hu-
is ratiocinandi ſeriei nullam vel minimam
articulam in ſacris Scripturis reperien-
am eſſe obtendunt ipſi Romanenſes.
uocirca, tota dependeat oportet à rebus
eſtis, prout ab humanis Scriptoribus
diverſas partes abeuntibus, narratis;
uorum quam lubrica ſit fides ipſos Ro-
anenſes appellamus teſtes: Nam pleri-
ue eorum ſponte concedunt Papam cum
enerali concilio non tantum eſſe fallibi-
m reſpectu rerum geſtarum, ſed etiam
e iſtiuſmodi quæ ab illis dependent, mi-
us vere determinare poſſe.

2*do*. Infallibilitatis Romaræ Eccleſæ,
uocunq; modo conſideratæ, Appropria-
o; non eſt ex Sacris Scripturis elicienda:
uia; cum nulla inibi ea de re ſit divina
romiſſio; unica eſt via illam aſſequendi,
robando Eccleſiam Romanam eſſe uni-
veram Eccleſiam, illique ec capite, in-

fal-

fallibilitatem esse restringendam: ad hoc vero probandum, demonstrari oportet veras veræ Ecclesiæ notas & characteres Ecclesiæ Romanæ unice competere: at secundum Romanenses, non est penes sacras Scripturas hoc præstare: Nam inter alias notas, hæc *Conformitas Doctrinæ cum antiqua & primitiva Ecclesiæ*, est una & præcipua sine qua omnes aliæ minoris sunt momenti: Sed sacra Scriptura, secundum Romanenses, est imperfecta & non continet totam primitivæ Ecclesiæ doctrinam: Imperfectam propterea & insufficientem oportet esse Sacram Scripturam, ad probandum Ecclesiam Romanam esse unice veram Ecclesiam illique infallibilitatem appropriandam esse.

3*tio*. Ille sacræ Scripturæ locus, *Joh cap*. 14. *vers*, 15, 16, 17. Quo, maxime omnium, infallibilitatis adstruendæ causa utuntur Pontificij, ipsissima eorum glossa pleniſſime concessa, frustraneam omnino & inutilem reddit postulatam infallibilitatem: Nam probat. 1*mo*. Quosdam Pontificum fuisse hujus infallibilitatis

plane

plane incapaces. 2*do*: Quoſlibet ea infal-
ibilitate carere poſſe. 3*tio*: Nemini ple-
ne conſtare, num *P*aparum ullus hac un-
quam infallibilitate donatus fuerit. Ipſa
verba ſic ſe habent, *ſi diligitis me, Præ-
cepta mea ſervate, ego vero rogabo Patrem,
& alium Advocatum dabit vobis, ut mane-
at vobiſcum in æternum, nempe ſpiritum il-
lum veritatis quem mundus non poteſt recipe-
re, quia non conſpicit eum nec novit eum: Vos
autem noſtis eum: quia apud vos manet, &
in vobis eſt.* Largiamur hic per ſpiritum
veritatis, domum infallibilitatis eſſe in-
telligendum; & illius promiſſionem non
tantum Apoſtolis; ſed etiam Apoſtolo-
rum ſucceſſoribus, quorum ſummus eſt
Pontifex Romanus, factam eſſe; attamen,
1*mo*: Horum Pontificum non pauci hunc
ſpiritum veritatis & infallibilitatis recipi-
endi capaces non fuere; quia verſu. 17:
Dicitur expreſſe mundum. *i. e.* nefarios,
carnales & mundanos homines hunc ſpi-
ritum non poſſe recipere: ex unanimi ve-
ro conſenſu hiſtoriarum Eccleſiaſticarum
ab ipſis Romanenſibus conſcriptarum,

multi eorum Pontifices fuerunt ejusmod
nefarij, carnales ac mundani homines. E
quam a sanâ ratione alienum sit, spiritur
veritatis infallibilem, & prophanum impi
etatis spiritum, simul & semel, in eoder
homine residere, lippis & tonsoribus, u
aiunt, satis patet. 2*do.* Paparum quilibe
hoc veritatis vel infallibilitatis spiritu vá
cuus esse potest: nam pontificis sequace
tenaciſſimi, quanquam pro infallibilitate
in rebus fidei, acriter contendant : i
defectibilitatem vero quoad mores, ve
personalem sanctitatem non sunt ausi pro
pugnare: quapropter rem esse possibilem
confitendum est quosvis Pontificum nefa
rios, carnales, mundanos homines fore, &
sic ineptos ad recipiendum infallibilitati
spiritum. 3*tio.* Nullum penes est pro cert
dignoscere, habeantne de facto ulli Pon
tifices hunc spiritum infallibilitatis : nam
non tantum denegatur, *ver:* 16. hominibu
nefarijs, carnalibus & mundanis. sed vers
15. evidenter dependet à condition
Christi dilectionis *si diligitis me, præcepta*
*mea servate, ego vero Rogabo Patrem* &c
und

nde clare ſequitur, nemini obvium eſſe, abeatne Papa vel Concilium Spiritum eritatis vel infallibilitatis; Niſi illi per-pectum ſit in illorum cordibus divinam Chriſti dilectionem flagrare. Auget inſu-er hanc difficultatem cognoſcendi Papæ el Concilij infallibilitatem, illa peculia-is Romanenſium doctrina; quæ docet à rivata diſpenſatorum intentione, depen-ere Sacramentorum veritatem: tenet tenim abſque Baptiſmi & Ordinis Sacra-nentis nullam, vel Papæ, vel concilio ompetere infallibilitatem: at cui clare nnoteſcat vel *P*apam, vel eos ex quibus onſtat generale Concilium, Baptiſmi & acerdotij Sacramenta rite ſuscepiſſe; ujus enim perſpecta ſcientia intima cor-ium cognitione indiget, quænam quip-e diſpenſatorum, ſive Epiſcoporum ſive, acerdotum privata fuerat intentio. Hinc iquet nullam vel ſecundum ſacram ſcrip-uram, vel ipſiſſimam pontificiorum Doc-rinam, infallibilitatis certitudinem aſſe-quendam eſſe, in ſingulis etiam donum in-allibilitate multo præſtantius concedatur,

cordium

cordium nempe scrutatio. Quam ob ren
cum nullum omnino sit ex sacris scripturi
fulcimentum cui innitatur imaginaria Ro
manensium infallibilitas, solitarium illi
fidei salvificæ fundamen; videant illorur
sequaces quam lubrica sit ipsorum fides
quamque gaudio vacua sit ipsis de ætern
salute spes, dependens, se non solum a fal
libili sed maxime falsa qnorundam infalli
bilitate. Priore infallibilitatis fundamin
concusso, posterius ad examen revocar
dum est, magnum sc: si non necessariun
Ecclesiæ commodum. Hujus generis argu
mentatio ist usmodi propositionis veritat
superstruitur. Deus tenetur quicquid ha
riolanti mentis humanæ opinioni videatu
magnum Ecclesiæ commodum, præstare.
Sed 3*tio*. Si hoc admittendum foret, tun
ingenioli nostri ratiocinio subjiceretur, d
vina celsissimi & infiniti Numinis sapientia
& divinarum actionum ex evanidis ho
minum cogitamentis erigeretur modula
quod quam absonum & absurdum si
neminem fugere potest. 2*do*. Hujusmod
argumentum si ecquid probat, nimiur
proba

probat, plurima nempe contra omnem omnium experientiam realiter de facto esse: Et mera humanæ rationis entia esse eo ipso entia realia: Quis enim quam plurima, quæ, omnium opinione, & fidei certitudini & credentium concordiæ plurimum conducerent Ecclesiæ etiamnum deesse negaverit. Annon, ipsis Romanensibus in votis est, non solum infallibilitatis, sed & illibatæ sanctitatis spiritu perfusum fuisse Romanum Pontificem, & hujusmodi in sacris literis exaratam fuisse sententiam, *Episcopus Romanus sit totius Ecclesiæ Monarcha & illi de fide dictitanti fidem omnes habento.* Maximum infallibilitatis commodum non ad simplex esse; sed tantum ad bene esse Ecclesiæ referri potest majus vero, maximo commodum largitum non propterea concludit illius existentiam; nam ita omnia, quæ æque aut magis Ecclesiæ interfuerint, ilicò de facto esse oportet; exempli gratia, infallibilitas omnium pastorum, infallibilitas cunctorum in patrum familias, ut & infallibilitas unius cujusq; in fœdus gratiæ baptismatis sacramento cooptati. Hujusmodi enim

infallibilitas potior habenda eſt, in quantum eligibilius ſit nullas omnino eſſe in Eccleſia contraverſias, quam eas ſubortas & flagrantes cujuſlibet dictatoris deciſione extinctas dare; & ſi ita viſum fuerit divinæ ſapientiæ opinari non licet hujus quam illius largitionem plus difficultatis divinæ omnipotentiæ oblaturam. Preterea qualemcunque commoditatem Eccleſiæ ſpondeat infallibilitas, grande & non ſuperandum eſt Pontificiæ infallibilitatis credibilitati obſtaculum; quod tam parum utilitatis & emolumenti huc uſque fuerit etiam apud eos in Romani Pontificis verba jurantes: Multa enim in Romana Eccleſia ſunt adhuc dubia vindice digna, plurimæ in eadem vigent non parvi momenti contraverſiæ; inſtar omnium indicium ſit illud de ſede infallibilitatis dubium circa quod adeo acerrimæ habentur rixæ & altercationes apud acerrimos infallibilitatis propugnatores; ut non abſimilis videatur illius propugnatio Regis cujuſdam diplomati Magiſtratus officium in aliquo loco conſtituenti: In medio

medio tamen relinquenti cujus sit illud officium exercere, quod procul dubio, non componendi, sed augendi potius civium lites occasionem præberet.

Collapsis tandem unicis Pontificiæ infallibilitatis fulturis, non est quod libelli hujus molem auctiorem reddamus, in medium producendo, Paparum contra Papas, Conciliorum contra Concilia & tum Paparum tum Conciliorum contra Sacras Scripturas, contrarias sententias cuilibet Romanæ Ecclesiæ Canones & res gestas percurrenti satis obvias: nam ex dictis satis superque elucidatur nullam talem existere infallibilitatis assistentiam, qua per singula secula ad nos perveniat indubitata nativæ Christianitatis doctrinæ certitudo.

Coronidis loco, infallibilitatis falsitati clare evictæ fervidum animi candidi votum subjiciendum ducimus, ut, omni perstromate cujuscunque occæcantis præjudicii retracto, æqua rationis lance pensitetur. 1*mo*. Romanos Pontifices sive per se sive cum Conciliis infallibilitatem obtendentes, non tantum crassi erroris,

sed

sed horrendæ impietatis arguendos esse; quod, hoc pacto, quorumcunque errorum rei fuerint, ipsum spiritum sanctum eorum autorem & fautorem efficiant. 2*do.* Persuasionem vel fidem infallibilitatis apud credulum populum, non tantum esse quandam peccaminosam hominum dololatriam, sed dirum homines in devio & damnifero erroris tramite irretiendi & obdurandi decipulum.

## CAP. VI.

### *De Autoritate Sacræ Scripturæ.*

CUM ex supra allatis, nec miraculorum nec infallibilitatis existentia nobis constet, proxime de tertio modo, quo perveniat ad nos Christianæ doctrinæ certitudo inquirendum est, secundum propositum ordinem, hujus existentia primo in loco, probanda venit: Realiter & de facto apud nos esse authentica Apostolicorum virorum scripta, divina afflatu exarata, & speciali providentia conservata, ut

ut sint Christianorum dogmatum; eo-
rumq; divinæ originis asserendæ gratia
non dubitanda monumenta: quod ut e-
videnter appareat, excipiantur quæ se-
quuntur porismata.

1*mo:* Hujusmodi scripta dari, ipsa quæ
ita communiter audiunt scripta, luculen-
ta satis, quibuscunque non illotis mani-
bus, & animis debite elucidatis ea revol-
vere contigerit, præ se ferunt hac de re
testimonia: illis enim in iisdem conspi-
cere licebit plurimos divinitatis charac-
teres, non alio quam ipsius Numinis
impetu exarantium manus fuisse ductas,
dilucido indicantes. Quam potens &
vividus habetur ibi stylus? omni huma-
mano fuco vacuus. Quam prælta my-
steriorum sublimitas? Legum etiam æ-
quissimarum summa prudentia, aliis nul-
lis unquam adæquanda. Præmiorum
porro sponsiones, ut & pœnarum inter-
minationes quas omnipotentiam solum-
modo penes est vel distribuere vel infli-
gere. Suavissima insuper & maxime con-
cors unius in omnibus propositi harmo-

nia, non obstante magna locorum distantia, longo temporum intervallo, maxima circumstantiarum disparitate eorum qui sacra Biblia literis consignarunt. Miranda denique scribentium integritas, qui nulla ad scribendum terreni emolumenti spe commoti, propria identidem ipsorum sphalmata ullis abscondita esse non curarunt. Hæc qui animo candido & superveniente illi divina illuminationis gratia rite perceperit, & apud se serio revolverit, non potens erit hæsitare quin vi veritatis victus fateatur sacra Biblia esse divinæ inspirationis, ac proinde divinæ autoritatis scripta.

Verum. 2*do.* Ut maximæ ogganientium proteruiæ obviam eatur sacra Biblia esse Theopneustarum & Apostolicorum virorum scripta ulterius probatur, sic 1*mo.* Nulla constituta Christianorum societas hæc talia esse in dubium unquam revocavit; ita ut semper & ubique hæ propositiones habeantur convertibiles *ego sum Christianus, credo sacra Biblia esse sermonem DEI.* 2*do.* Nullus adversariu

eó audaciæ provectus est, ut hodiernam nostram Translationem, in aliquo esse magni momenti articulo diversam, ab illis antiquioribus exemplaribus quæ olim a primitivis Christianis recipiebantur, priusquam etiam ulla lex vel reipublicæ vel Ecclesiæ recipienda sanciverit: Quæ universalis ex utraque parte concessio plenam certitudinis evidentiam subministrat ab omni vel civili vel Ecclesiastica autoritate independentem.

Quo magis proxime allati ratiocinii vires & nervi pateant liberiusque agnoscantur, annotandum. 1*mo.* Rem hic præcipue esse de divina inspiratione & autoritate novi Testamenti: Nam quod ad divinam Testamenti veteris autoritatem, illa in novo Testamento clarissime asseritur & statuminatur. Annotandum 2*do.* Quod hæc propositio *hodierna scripta Novi Testamenti sunt Theopneustarum & Apostolicorum virorum scripta*, sit propositio affirmans de re gesta cujus proinde unica vera & externa probatio, indubitati testimonii evidentiæ subnititur. Nunc hu-

juſmodi teſtimonium hic propediem nobis obvenit: Quodnam enim teſtimonium eſt minus dubitandum, & majoris evidentiæ quam, cui concurrentibus votis, ſuffragantur omnes, omnium temporum & locorum homines, aliter licet adverſiſſimas ſibi invicem partes agentes. Hoc in præſenti negotio teſtimonium eſt ſummopere fide dignum; non tantum quod ſit univerſale, ſed ita univerſale, ut omni exceptione ſit majus.

Nam 1*mo*. Licet quædam minus vera quondam univerſalem fidem aſſecuta ſint; propterea quod credulo aliquo tenebris obducto ſeculo, furtim irrepſerint; nihil tamen hujuſmodi hic ſuſpicari fas eſt: ſeculo enim admodum lynceo ſacra Biblia, ab hominibus perſpicaciſſimis, tanquam Apoſtolicorum virorum ſcripta amplexa ſunt, cunctis etiam inimicis videntibus & invidentibus, qui ſi quid impoſturæ aut credulæ ignorantiæ ſubfuiſſet, non tacuiſſent; ſed palam detegendum curarent. Et ratio evidens, haud multo labore aſſignabilis eſt qua illa

ſcripta

cripta per singula secula ad nos incorrupte traducta fuerint; adeo nimirum plurima erant examplaria, in varias admodum linguas translata; antequam ullæ humanæ legis autoritate fuissent sancita; & exinde illæ translationes per magnam terrarum orbis partem, ita indies auctiores fuerunt redditæ; ut impossibile planè evaserit eas in aliquo magni momenti articulo signanter corrumpi absque instantanea manifestæ falsificationis detectione.

2*do*. Quanquam tantam habeat ineundi potestatem grande aliquod emolumentum; ut ad illud assequendum impelli poterint astutiores, mendacium quoddam iniquo eorum proposito accommodatum efformare, illiusque fidem quam latè propagare: tacito tamen istiusmodi decipnlæ artificio, non tantum plurimum obstaret diffusa plebeiorum hominum multitudo quorum omnium hoc scire æque interfuerit: sed illud diu celandum & credendum esse numerosa inimicorum caterva, assidue in explorando & opponendo invigilarintomnino pernegare.

negaret. Quocirca cum tot cujuſvis generis Chriſtiani ſemper & ubique ſacras Scripturas ut Apoſtolicorum virorum ſcripta recepiſſent & credidiſſent, inimicis etiam hujus ergo eos nullius vel aſtutiæ vel credulitatis arguentibus; hæc eorum fidei univerſalitas ipſiſſimis veritatis viribus tantummodo aſcribenda eſt.

3*tio*. Licet quædam minus vera univerſaliter fidem obtinuiſſe comperta ſint, propterea quod leviuscula & minus communiter ingrata cenſerentur, ac idcirco nullius mentem ſubirent, de illis penitius diſquiſitionem inſtituere; ſed hujus furfuris nullatenus eſt hoc quod ſacris Scripturis jam præ manibus habetur. Continent enim, omnium calculo, ſacræ Scripturæ res maximi momenti: Et quam ingrata & adverſa Ethnicæ præſertim idolatriæ, dominanti quondam orbis Religioni, exhibuerant dogmata, ac proinde quam acerrimos juxta ac potentiſſimos habuerant adverſarios per aliquot centenos annos: Neminem vel leviſſima literatura tinctum fugere poteſt.

Si hujuſmodi univerſale, pro divina ſacrarum

ıcrarum Scripturarum autoritate, teſti-
nonium, nulli jam ex perſpecto objecti-
ni obnoxium, minus apud ullos etiam-
ıum valeat; illis neceſſum erit ſeipſos
›mni omnium ante-actorum & Scripto-
um fide exuere, ac in imum ſcepticiſmi
›arathrum detruſos, monſtroſa humani
;eneris ſpectacula præberi. Hi etenim
nomunciones non tantum abſurditatis
ıbſurdiſſimæ arguendi veniunt; ſed tan-
quam horrendi miſerrimæ confuſionis in-
roductores ab omni humana ſocietate
ırcendi ſunt: Nulla namque res geſta,
ıulla unquam rerum geſtarum monu-
nenta, tam firma, tam valida,
:am valida indubitati omnium teſtimonii
ultura, ac divina ſacrarum ſcripturarum
autoritas, inniti probantur: quapropter
nulli ullam rem credenti dubium eſſe
poteſt, quin habeamus indubitata Apo-
ſtolicorum & divinitus inſpiratorum ho-
minum ſcripta, ad nos uſque ſpeciali
providentia conſervata. Atque hinc nul-
lo labore videre licet, quam non tantum
citra omnem neceſſitatem; Sed quam

noxium

noxium & pernicioſum ſit debitæ ſacrarum literarum originis certitudine, eorum autoritatem vel Paparum conciliorumque decretis, vel principum aut cujuſvis terrenæ poteſtatis edictis accep tam ſolummodo referre.

## CAP. VII.

### *De Perfectione Sacræ Scripturæ*

JACTO jam firmo divinæ ſacri codicis autoritatis fundamento, proxime nobis incumbit diſpicere num ſacrarum Scripturarum codex ſufficiat quemlibet plene perſuaſum dare 1*mo*. De certitudine Evangelicæ doctrinæ. 2*do*. De Articulis ejuſdem ad ſalutem neceſſarijs.

1*mo*. Cum ſacræ ſcripturæ ſint indubitata Apoſtolicorum & cælitus inſpiratorum hominum ſcripta, quinam ſcrupulus eſſe poterit de divina Evangelicæ doctrina in ijſdem traditæ veritate? immo ex ſuppoſita & probata Sacræ Scripturæ autoritatis divinitate exurgit evidentiſſima demonſtratio veritatem Evangeliæ doctri

doctrinæ non infirmiori quam ipsius divi-
æ veracitatis columnâ suffulciri: nam
n illis sacræ scripturæ Apostolicis scriptis,
æc Evangelica doctrina non solum indi-
itatur & asseritur; sed ibidem clarissimâ
Divinæ Omnipotentiæ & Omniscientiæ
hœnomena primam Evangelicæ Doctrinæ
raditionem concomitantia ita narrata &
leverata habentur; Ut non sit quod diutius
ic morati teneamur, vel in *transferendis* huc
arum rerum narrationibus, aut ex earun-
em concessione, in divina Evangelicæ
doctrinæ certitudine ulterius adstruen-
la; ni lucem soli fœnerari videamur.

2*do*. Si sacra Scriptura exhibius, ut dic-
um plenam Evangelicæ doctrinæ certitu-
linem contineat insuper debita perspicu-
tate omnia creditu factuve necessaria, hinc
rrefragabiliter admittenda est sacra scrip-
ura, tanquam vera & unica regula, ad
os de singulis Evangelicæ doctrinæ ne-
cessarijs articulis determinandos, omnesque
le ijsdem contraversias dirimendas: sed
acram Scripturam, hunc in modum. 1*mo*.
sse perfectam. 2*do*. esse perspicuam dis-
incta probatione elucidabitur.

1*mo.* Ad Stabiliendam ſacræ ſcripturæ perfectionem in omnibus ad ſalutem requiſitis ; primum argumentum a plenitudine inibi omnium rerum quæ cujuscunque Religionis fini inſervire videantur, deducitur ; quod ut plena luce conſpiciatur 1*mo.* In ſacra ſcriptura traditur ſupremi Numinis notitia, infinita & perfectiſſima ſua natura digniſſima, 2*do.* In eadem habetur plena de modo eundem colendi [ relictis tantummodo quibuſdam circumſtantijs, condecentiæ & ordinis Regulæ debita prudentia accomodandis ] doctrina.

3*tio.* Indigitat ſacra ſcriptura omnes illas internas qualitates, ut & externas operationes ( cum propriis eaſdem aſſequendi & præſtandi mediis ) quibus quiſque aliis proſit, & divinæ naturæ conformis fiat, ac divinæ imaginis ſanctitatem ſuſcipiat. 4*to* Urget homines Sacra Scriptura optatiſſimis præmijs, nec non pœnis maxime horendis ad ſummam voluntatis divinæ obſervantiam. 5*to.* In ſacra pagina commonſtratur expeditiſſima via, qua ad veram pœnitentiam ſerió agendam homines adducantur

&

& rurſum in divinum favorem admittantur
in eodemque conſerventur. Unde, ob ſpem
præſtantiſſimi præmij, & liberationem a di-
riſſima pœna diffundat eorum corda gaudi-
am juge & perenne.

Nunc ſi alij nulli religionis fines aſſigna-
ri poſſunt quam qui jam aſſignati ſunt, &
ſi nihil defuerit in ſacra Scriptura quod ad
eoſdem promovendos conducat; Ille, qui
Sacræ Scripturæ in omnibus creditu factuve
neceſſarijs denegaverit perfectionem; Ea-
dem opera ſeipſum omni humana ratione
exuere oportet. Si ullus alius ſit religionis
finis non memoratus, vel ſi Sacra Scriptu-
ra ijſdem rité non inſerviat, palam ut pate-
faciat, rogatus habetur, quilibet adverſa
rius: ſed quicunque hanc obtrectandi
provinciam ſuſceperit; neminem Ponti-
ficiorum, ex capite eorum traditionum
ſuſpicari licebit: nam Romanæ Eccleſiæ,
ipſis Pontificijs non abnuentibus, tradition-
es ſunt tantum levioris momenti. Et qui-
busdam forſan facillimum foret monſtrare
quasdam earum eſſe omnino extrinſecas,
nec non alias cuicunque vero religionis fini

planè contrarias. Non eſt quod quis hac in parte ſibi offendiculi vel ſcandali anſam arripiat; propterea quod tenacior traditionum propugnatio habeatur apud quosdam eruditione & pietate non parum celebres: neminem enim latet, quanti & quam plurimi apud Judeos valuerit celebrata Scribarum & Phariſæorum ob pietatem & eruditionem fama: nihilominus tamen ipſiſsimos Scribas & Phariſæos acerrime exprobravit Chriſtus quod divinorum mandatorum obſervantiam iſtiusmodi traditionibus irritam reddidiſſent *Marc.* 7. 9. 13. Satis belle aboletis mandatum Dei ut traditionem veſtram ſervetis, irritum facientes Sermonem Dei traditione veſtra quam tradidiſtis.

Tam alienum a veritate eſt, quod neceſſariæ doctrinæ plenitudo non ſit in omnibus ſacris Scripturis ſimul ſumptis reperienda: ut duriusculum videatur, hanc plenitudinem quibuslibet Evangeliorum libris, a quatuor Evangeliſtis concinnatis denegare: Nam quum ab Evangeliſtarum ſingulis inſtitutum fuerit, ut ipſi indicant

licant tituli, totum Evangelium conscri-
ere, omnia nempe quæ novum fœdus De-
im inter & homines constituunt, quid sanc-
os Evangelistas moveret, missa facere ne-
cessaria & multa tantum utilia eorum Scrip-
is inferere; hujus modi profecto oscitan-
ia, in tanto tanti momenti opere, haud
llo sapienti vel probo viro digna foret.

Sed ipsissima audiatur ipsorum Evange-
istarum verba. *Johaannes Apostolus. Cap.* 20. *Versu*: 31. *Hæc autem Scripta sunt, ut credatis Jesum esse Christum illum filium Dei, & ut credentes vitam habeatis per nomen ejus. Unde liquido patet, homi-nem, credendo ea quæ ab Apostolo in suo* Evangelio scripta sunt vitam eternam asse-cuturum esse: sed ad vitam eternam asse-quendam non tantum miraculorum narra-tio; verum etiam totius de Christo ne-cessariæ doctrinæ traditio requiritur. Paulo vero plenius Lucas in prefatione ad Evan-gelium suum. *Quoniam multi conati aggressi sunt componere narrationem earum rerum quarum plena fides nobis facta est prout tradide-runt nobis qui a principio spectatores ipsi & mi-nistri*

*nistri fuerunt sermonis. Visum est etiam mihi, omnia alte repetita penitus assecuto, ordine illa ad te scribere, præstantissime Theophile, ut agnoscas earum rerum veritatem quas traditione accepisti.* Ex quibus verbis clare liquet Lucam assecutum fuisse omnia quæ ab oculatis testibus & primis sermonis ministris fuerant tradita. 2*do.* Eundem Lucam eadem omnia ad Theophilum scripsisse; unde non minus evidenter sequitur in Evangelio a Luca conscripto totam haberi Evangelicam doctrinam; quod & disertis verbis ab ipso Evangelista asseritur *Cap:* 1. *vers:* 1. *Apost: Act: Primum quidem libr um confeci de omnibus quæ cæpit Jesus facere & docere.* Ubi, secundum ipsos pontificios, omnia saltem principaliora & necessaria intelligenda sunt; & eo magis quod multa minoris, vel utilitatis, vel necessitatis sint ab eo annotata. *Preterea totam evangelicam Doctrinam in veteri testamento, obscurius licet, contineri docet Apostolus Paulus: nam Cap:* 20. *act: Apost: vers:* 27 at, se non subterfugisse quo *minus annunciaret omne Dei consilium & Cap:* 26. *vers:* 22.

*se*

*non quicquam extra ea dixisse quæ Prophe-*
*æ ac Moses futura prædixerunt*, Apostoli
erba sunt magis dilucida quam ullo ege-
at Oedipo interprete. Nullius vero hinc in
entem veniat, hujus aut illius sacrarum
terarum libri perfectionem, aliorum ne-
essitati vel utilitati derogare: nam uni
idemque rei in diversis libris repetitæ, vel
rmior probatio, vel clarior enucleatio, vel
mplior circumstantiarum narratio, aut
enique specialior quibusdam casibus ac-
ommodatio illa repetitione obvenire po
est.

3*tio.* Sacræ Scripturæ perfectio confir-
natur ex hoc, quod nihil pro articulo fidei
mplexandum sit cujus veritas divinæ au-
oritati non innitatur: huic enim limitati-
oni Apostolorum Doctrinam restringen-
am fuisse docet ipse Christus; dum po-
estatem & autoritatem docendi illis im-
ertiret. Mat: Cap: 28. Vers: 19. 20. *Pro-*
*ecti ergo docete omnes gentes, docentes eos*
*ervare omnia quæ mandavi vobis.* Unde
patet, nullam penes esse Ecclesiam, vel
quorumcunque hominum cœtum quælibet
prolubitu

pro lubitu docere: Nam sic potestas Apostolorum potestate amplior concederetur, pro cujus autoritate evidens diploma cælitus signatum producatur oportet. Et ut quemlibet fidei articulum divinitus sanctum esse expedit, ita illam autoritatem clare dignoscendi largienda est facultas. Divinæ enim bonitati vix congruere videtur, illius rej necessario exigere fidem, cujus claram cognitionem adipisci non conceditur: sed nullam aliam patere viam ad certam & solidam de divina cujusvis fidei articuli autoritate persuasionem assequendam, quam per divina sacrarum scripturarum oracula evincunt paulo superius allata argumenta. Quocirca ad unicam sacræ scripturæ trutinam, quanti sit ponderis quodlibet oblatum fidei dogma unice pensitandum est. Ac propterea sacra scriptura tanquam completa congeries omnium quæ creditu factuve sint necessaria est proculdubio agnoscenda.

*4to.* Scriptura vel scriptio est certissimum cujuscunque rei veritatis phylacterium. Exod. Cap. 17. Vers. 14. *inscribe hoc*

*Monumentum*

monumentum *libro*, ubi ſcriptionem indicatur optimum eſſe memoriæ juvamen. Cap: 19. Vers: 23. ait. *O ſiquis daret, ut ſcriberentur ſermones mei, quis daret ut in libro exſculperentur. & David Pſal:* 102. 18. *Conſcribatur hoc in generationem poſteram. imo.* ipſe Deus. Jeſchali: Cap: 30. Vers. 8. *in ſcribe hoc tabulæ apud eos, & in libro exara ipſum ut ſit temporibus ſequentibus in ſempiternum uſque in ſeculum.*

Huic potiori ſcribendi certitudini ſuffragatur tota humani generis ſoboles: ubique enim experientia compertum eſt ſapientiſſimos quoſve ea literis mandaſſe, quæ maximi momenti fuiſſe dijudicarunt. Atque hinc eſt, quod conciliorum Canones, plebiſcita, ac ſenatus conſulta, accurate apud omnes ſcribantur, & ſcripta diligenter aſſerventur. *Præterea* quanquam Judeis adhuc paucis & longævis ( frequentioribus inſuper tunc temporis revelationibus largitis ) ſuffecerit patrum filiis divinæ voluntatis traditio: attamen cum in immenſam gentem excreverint Judei; non *Moſis* enarrationi nec ſacerdotum & populi ejuſdem

 traditioni

traditioni concredendam fuisse stabilem revelatorum stateram autumavit divina Numinis Sapientia : Sed illam officiorum stateram, manu *Mosis* exarandam in præcepto dedit, quo certius innotesceret & sacerdoti & populo de singulis ipsorum officijs Divina Voluntas. Secundum illud Jeschali. Cap: 8 Vers: 20. *Legem & Contestationem consulunto an non loquuntur in sententiam illam cuicunque est lucis scintilla.* Idem indigitat ipse *Moses*, *Deut:* cap: 4. *Vers:* 2. *Ne addite ad verbum illud quod ego præcipio vobis: neque detrahite de eo.* &c. Hunc firmiorem Canonis in libri *Mosaicis* certitudinem (cum Prophetarum glossematis & specialioribus quibusdam pro re nata applicationibus) corroboratam dedit Dominus noster *Jesus Christus*. Joh Cap: 5. Vers: 47. *Quod si scriptis illius non creditis, quomodo verbis meis credetis* Luc: Cap: 16. Vers: 31. *Si* Moisen & *Prophetas non audiunt, neque si quidem quispiam ex mortuis resurgat persuadebuntur.* Et Apostolus *Petrus* Epist: secunda. Cap: 1 Vers: 19. Dicit sacram veteris Testamen-

Scripturam, prophetiam esse ulla miraculosa visione, etiam illa transfigurationis supra montem habita, multo certiorem. Et Christus ac ejus Apostoli quaslibet traditiones in sacris Scripturis non memoratas, semper & ubique tanquam falsas & erroneas reprobarunt. Ex his Præmissis sequitur minime, coacta aut invita conclusio, omnes nempe necessarios fidei Articulos vel in sacris Scripturis contineri, vel aliquod salutei necessarium, istiusmodi certitudine esse destitutum, quam ut propriam & idoneam in rebus magni momenti præsupponit Deus, quamque in rebus secularibus communiter homines exigunt, & Judei de facto pro Doctrina *Mosaica* habuerunt.

## CAP. VIII.

### *De Orali & practica Traditione.*

CONTRA necessitatem scriptionis, ad conservandam per singula secula, divinam Religionis institutionem, novitei

obtenderunt quidam, debitæ certitudini sufficere oralis & practicæ traditionis indefectibilitatem : sed frustra ; nam Oralis & practica traditio, vel est indefectibilis ratione divinæ alicujus promissionis, quod quam omnis rationis expers sit, superius indicatum fuit ; vel ex capite ipsissimæ *Oralis & practicæ traditionis* naturæ, quod innuere videntur placiti hujus patroni. Sed hujus insulsi satis dogmatis falsitas apparebit.

1*mo.* Novitium hoc dogma non tantum totam sacram Scripturam inanem & minus utilem reddit ; sed divinis illius Scriptoribus palam contradicit : nam illi certiorem doctrinæ Christianæ certitudinem præcipuum sibi in scribendo scopum proposuerunt ; ac proinde doctrinam Christianam absque scriptione, oblivioni vel corruptioni esse obnoxiam, eos existimasse supponendum est. In hunc finem consulatur Evangelista Lucas. *Cap.* 1 *vers.* 4. *Ut agnoscas earum rerum veritatem quas traditione accepisti* : hic summa cum perspicuitate innuit Evangelista scripturam esse modum transmittendi

ndi christianam doctrinam omni orali
alicunque traditione certiorem: nam si
provinciam non assumpsit Evangelista
heophilum docendi ullam christianæ doc-
inæ particulam, cujus cognitionem non
ius assecutus fuerat: sed illum tantummo-
o scriptis suis certiorem faciendi, de ijs in
uibus jam eruditus erat. ipsa Evangelistæ
erba sunt omni illustratione clariora *Ut*
*gnoscas* &c. & si scriptura vel Scriptio A-
ostolorum temporibus fuerit necessaria ad
ransmittendam in alios cum certitudine E-
angelicam doctrinam; multo magis, A-
ostolis defunctis, ejusdem existit necessi-
is: tunc enim, inspiratis submonitoribus
orte sublatis, verisimilius est professores
Christianæ doctrinæ oblivioni & corrupti-
ni proniores fore. Et quanta sit necessi-
as, in quacunque re, labili hominum me-
moriæ scribendo suppetias ferre, latet nul-
os. Illamque etiam quoad Evangelicas
eritates indicat Apostolus Petrus. *Epist:*
. *Cap.* 1. *vers:* 12. 13. *Quapropter non*
*egligam vos de ijs semper commonefacere,*
*quamvis peritos & stabiles in præsenti verita-*

*te*

*te &c. & vers:* 15. sed ut studebo, *Ut subinde possitis post exitum meum horum mentionem facere.* Quamobrem quum memoriæ juvamen Apostolo fuerit scribendi scopus, illum supposuisse oportet absque scriptura esse minus Evangelicæ doctrinæ tenacem: sed ne suggerat quis, non Scripturæ sed traditionis necessitatem intellexisse Apostolum, qua professorum memoria juvetur; videre liceat ipsum objectioni obviam euntem *Epist.* 2. *Cap:* 3. *vers:* 1. *hasce jam alteras vobis literas scribo, dilecti, quibus sinceram vestram mentem per submonitionem expergefacio.*

Huic enim firmiori scriptionis certitudini nequaquam adversatur Apostolus Paulus in sua ad Thessalonicenses exhortatione *Epist:* 2. *Cap:* 2. *vers:* 15. *perstate & retinete traditam doctrinam quam edocti estis & per sermonem & epistolam nostram.* hinc enim aliud nihil erui potest quam Evangelicam doctrinam primitus, tum ore, tum scriptura traditam fuisse: non vero quasdam ejusdem veritates Scripturæ fuisse mandatas, alias autem ore tantummodo prolatas

as. Immo quid in hiſce Apoſtoli verbis obſtat, quominus omnes Evangelij veritates prius ore prolatæ literis poſtmodum conſignarentur.

2*do.* Indefectibilitas prædictæ *traditionis* dependet a veritate admodum fallibili earum ſuppoſitionum, quarum vel probabilem certitudinem nunquam aſſequi licuerat: nam 1*mo.* in hunc finem ſupponendum eſt, memoriam eſſe adeo fidelem & tenacem ut eam fugere nequeant res quanquam numero plurimæ cujus generis revelatæ veritates ſunt. 2*do.* homines habere ſemper talem ſubacti judicij cautelam, quæ inter explicandum, rej explicandæ, omnem vel additionem vel detractionem amoveat, in rebus potiſſimum difficilioribus ac ſublimioribus naturæ ut quibuſdam chriſtianæ doctrinæ articulis contigit. 3*tio.* Summum candorem nullius mali propoſiti pravitate conſpurcatum, quo prohibeantur profeſſores ab ulla Evangelicæ doctrinæ, vel detrahendo vel addendo, immutatione: ſi harum ſuppoſitionum, quibus innitatur prædictæ *traditionis* certitudo, quælibet,

bet defuerit vel defectibilis sit; illico tota illa *Oralis & practicæ traditionis* fabrica; at allatas suppositiones defeciſſe, deficere, & defectibiles eſſe, quis eſt adeo præfrictæ frontis qui negaverit?

Obtendunt quidem, 1*mo.* Hujus traditionis patroni, ſumma præmia in altera vita ſperanda, ut & diriſſimas pœnas ibidem timendas, vincula eſſe fidelitatis ſatis valida, quibus veritati doctrinæ primitus traditæ aſtricti teneantur profeſſores. Sed omni ratione vacuum eſt hoc ratiocinium. quaſi vero, quicquid exiſteret, pro cujus exiſtentia ratio aliqua aſſignari poterit, vel quaſi homines ſemper illud agerent, quod ab illis actum fuiſſe ipſorum plurimum intereſſet. Tanta eſt hic falſitatis evidentia ut nulla operoſa egeat refutatione: Si hujuſmodi concludendi modus invaluerit, & pro vero haberetur; Cur tunc antediluviani *Adami* poſteri, puriorem illius doctrinam ita oblitam corruptam & depravatam reddidere? Quamobrem apud poſtdiluvianos, *Noachi* doctrina adeo exolevit? quid cauſæ erat quod *Scribæ* & *Phariſæi*, Salvatores

toris noſtri tempore, inſtitutionem *Moſaicam*, in tantum corrumperent & exinanirent? quid ſuſpicari licet? quod inter Chriſtianos, primævis Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum temporibus, tot ſuborti ſint non tantum putidi hæreticorum errores: Sed etiam Orthodoxorum de rebus leviorîs momenti contentiones debito acriores. Et ſeculis proxime inſequentibus quam late graſſatus eſt Arrianiſmus, quantumque pulverem inter ſelectiſſimos alioquin viros excitarunt Millerianiſmus, paſchatis obſervatio, rebaptizandi ritus. In hiſce omnibus, quoad alterum mundum habuerunt ſucceſſivi traditores, ſummam ſpem & maximam formidinem, quæ illorum occulis dilucide ſatis obverſabantur. Præterea ſi ſpes & formido præmiorum & pœnarum in altero mundo adventantium, infallibiliter homines à doctrinæ corruptione coerceret; cur non etiam à morum pravitate; hæc non minus quam illa, eſt immortalis animæ ſaluti damnifera: Sed quis eſt qui auſit affirmare, Eccleſiam Romanam prædictorum vinculorum virtute à vitiis eſſe

coercitam, & si non sit illorum ope à vitio coercitam, nihilo magis ab errore : Hujus namque & illius est par ratio : Quid enim ab ullo errore teneat pravos homines ; Si ex eo illis exurgeret grande aliquod commodum & potentes sint ad eundem propugnandum ?

Obtendunt 2*do.* Prædictæ *Traditionis* fautores, iniquum esse, Romanam Ecclesiam erroris arguere, ni autores & tempora istiusmodi erroneæ innovationis nominatim assignentur. Sed 1*mo.* Regerere licet, si hoc admittendum foret, tunc, tum *Ethnici*, tum Judei, contra ipsum Christianismum olim triumphantem, satis causam pro ipsorum traditionibus egissent. Respondetur, 2*do.* Nullam esse necessitatem speciatim indigitandi authores alicujus erroneæ innovationis, quæ furtim & gradatim irrepserit ; nam tales innovationes dari, quæ, ut *Nili* fluvius, ab ortu obscuro & minime noto originem traxerint, & lata se inundatione extenderint, citra omne dubium est. Hoc enim Judeorum traditiones comprobant ; idemque à Servatore nostro significatur,

Mat.

Mat. 15. 25. 27. *Quum autem dormirent homines, venit inimicus & sevit zizania inter triticum & abiit* &c: Et hunc in modum irrepsisse Romanensium traditiones monstrarunt multi, inter alios Morneus in Mysterio iniquitatis, & Rivetus in ejusdem defensione. 3*tio*. Respondetur, quicunque fuerint in Romana Ecclesia, Christianæ doctrinæ primi innovatores, vel quocunque modo illæ innovationes irrepserint, ac in tam altum tandem fastigium excreverint, abunde sufficit si evidenter probetur, Christianam doctrinam in Romana Ecclesia jam corruptam & innovatam esse: Inde enim non tantum fallibilitas, sed falsitas *Oralis & practicæ traditionis* elucebit. Hujusmodi corruptionis & innovationis indicium est hoc, quod Romana Ecclesia doceat & propugnet doctrinas contrarias sacris Scripturis, quas ipsi Romanenses tanquam divinas traditiones recipiunt; Sunt hujus furfuris inter multas alias, Religiosus imaginum cultus, Calix in Cœna Dominica populo denegatus, precum formulæ in ignota lingua, coactus Clericorum cælibatus,

Clericorum exemptio & immunitas ab au-
toritate civilis Magistratus; hæc & alia
peculiaria Romanæ Ecclesiæ placita quam
ex diametro voluntati divinæ in sacris
Scripturis opponantur, nullos fugere potest
qui. vel per transennam, illa sacræ pagi-
næ oracula consuluerunt. Insulsum ergo
est eorum conamen, qui quod infallibili
veritati oppositum est, infallibilis tamen
veritatis Lydium lapidem, & normam so-
litariam constituere annitantur, ac si ex cur-
vitate rectitudinem, ex tenebris lucem eli-
cere fas fuerit. Non est procul dubio o-
pinandum ullatenus sapientiæ & bonitati
divinæ congruere, ut homines in re maxi-
ma æternæ eorum salutis ineluctabiliter
dubij & hæsitantes teneantur: Sed hoc ut
cunque ablonum, evitandum non est, si
professores, hac in re, ab hariolantibus
deceptorum & decipientium virorum con-
jecturis tantummodo dependere oporteat.
Prehæant se traditionum fautores, usque
lubeat, eorundem tenacissimos: Non ta-
men multis parasangis parem pro illis certi-
tudinem, ac quilibet poterit, & nos defacto
su-

ſuperioribus paginis, pro ſacris Scripturis exhibuimus, potentes erunt. Quocirca, profligato jam *Oralis & practicæ traditionis* commento; maneat apud omnes ſacra Scriptura quoad omnia ad ſalutem neceſſaria, tanquam unica, & omnibus numeris perfecta, Divinæ veritatis regula.

## CAP. IX.

### *De Perſpicuitate Sacræ Scripturæ.*

PERFECTIONE Sacræ Scripturæ paulo ſuperius ſtabilita: num debita perſpicuitas reſpondeat ejuſdem perfectioni, proxima in nos indagandi cura devolvitur: abſque enim debita perſpicuitate non capax foret ſacra Scriptura nos certiorandi de divina Evangelicæ doctrinæ autoritate, ejuſque ſingulis articulis. Quo clarius ergo, in omnibus ad ſalutem neceſſario requiſitis, talis innoteſcat perſpicuitas, ſubacti cujuſcunque judicij arbitrio permittuntur ſequentes paragraphi.

1mo. Non licet ſuſpicari, Deum ex divinâ

vinâ ejus bonitate, ab hominibus neceſſario & abſolute exigere, quod nulla induſtria penes eos ſit præſtare: at ſi exigeret Deus illius fidem & præſtationem, cujus notitia ita in profundo puteo deliteſceret, ut nullo labore exantlanda foret; Tunc demandaret Deus, quod omnibus creaturarum ſuarum viribus impar exiſteret, & illud factu neceſſarium conſtitueret quod cognitu abſolute impoſſibile eſſet, ſed abſit blaſphemia dicto; hoc enim maximam Dei bonitati impingeret injuriam: Quapropter, cum ſacra Scriptura ſit unicum doctrinæ ad ſalutem neceſſariæ pandecton, (ut ſuperius indicatum & probatum eſt) quamcunque contineat hujus neceſſitatis doctrinam, rite ſciſcitanti oportet illam obviam eſſe & perſpicuam.

2*do.* Non tantum præcedens argumentum, ab invicta ratione petitum, ſacræ Scripturæ, in omnibus ad ſalutem neceſſario requiſitis, perſpicuitatem evidenter concludit: Sed aliud inſuper ab indubitanda praxi & experientia deductum, illas eſſe intelligibiles, in rebus ad minimum dictis,

is, clare evincit. Praxis de qua fermo unc habetur eſt hæc, quod nempe ab omibus promiſcue, annuente divino mandato, ectæ ſint ſacræ Scripturæ; Quorſum ſſent legendæ ſi non fuiſſent intelligibiles. Hanc praxin apud Judeos non tantum permiſſam, ſed divinitus mandatam fuiſſe inicant non pauca ſacrarum Scripturarum oca. *Joh:* 5 39. *Scrutamini Scripturas, uia vos videmini vobis in ipſis vitam æterum habere: Et illæ ſunt quæ teſtantur deme.* et: 2. 1. 19. *Et habemus firmiſſimum illum ermonem propheticum: Cui bene facitis uod attenditis.* Act: 17. 11. *Iis autem udeis qui fuerunt Theſſalonicæ fuerunt iſti geroſiores, ut qui receperint ſermones cum omi alacritate quotidie examinantes Scripturas n hæc ita ſe haberent.* Timoth: 2. 3. 15. *eque a puero ſacras literas noviſſe quæ te poſunt ſapientem reddere ad ſalutem per fidem uæ in Chriſto Jeſu.* Eandemque praxin acras Scripturas legendi, apud primitivos Chriſtianos invaluiſſe teſtantur ipſæ ſacræ Scripturæ: Apoſtoli enim, omnibus promiſcue Chriſtianis ſuas Epiſtolas Scripſerunt.

runt. Rom: 1. 7. *Omnibus qui Romæ estis dilectis Dei vocatis sanctis.* Corinth: 1. 12. *Ecclesiæ quæ est Corinthi sanctificatis in Christo Jesu vocatis sanctis cum omnibus qui invocant nomen Dei Jesu Christi quovis loco.* Corinth: 2. 1. 1. *Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi una cum sanctis omnibus qui sunt in tota Achaia.* Unde non hæsitanter concludendum est Apostolos sibi in Scribendo proposuisse ut scripta ipsorum ab omnibus promiscue legantur, simul & intelligantur. Et cum Apostolus Petrus. 2. 1. 12. 13. & 3. 1. Epistolas suas eo fine scripsisset, ut quilibet, Doctrinæ Christianæ, post obitum ipsius, illarum epistolarum comonefactione, memoriam retineat; quomodo hoc præstandum foret, si minus illæ epistolæ lectæ & intellectæ fuerint. Cumque Apostolus Johannes Evangelium suum. 20. 31. Scripsisset ut credant homines Jesum esse Christum filium Dei, & ut credentes vitam habeant per nomen ejus. An non omnibus quorum interest credere, & credendo vitam æternam assequi, licitum est, illud Evangelium lectum & intellectum habere

Præ-

Præterea, hanc praxin legendi ſacras Scripturas, apud omnes promiſcue, per ſexcentos a Chriſto annos perduraſſe, nemini fas eſt in dubium revocare ; Sin, in contrarium, claras & appoſitas protulerit inſtantias.

Nunc, cum & ratione & experientia comprobata ſit ſacri Codicis perſpicuitas ; quicunque contra hujuſmodi evidentiæ veritatem diſputare voluerit, ex veterum ſententia caſtigandus eſſet : non tamen deſunt qui hanc ſacræ paginæ perſpicuitatem impugnare audeant, eo ipſo fortaſſin quod ab omni ſeculari poteſtate ſe immunes eſſe jactent : ſed procul dubio grande inſuper aliquod emolumentum ſubeſſe oportet, quod illorum hominum oculos occæcatos teneat ; vel potius eos in pravitate alios occæcandi obdureſcat : & tale quidem ijs, hoc facinore, obvenire emolumentum, ſatis perſpectum habetur : hoc enim pacto evenit ; ut lucroſi eorum errores, ignorantiæ nebula obducantur & occultentur ; quo minus homines eorum falſitatem percipiant : alioquin enim multæ illorum piæ

fraudes, nec diu fraudes forent, neve pie
tatis ſpeciem ulterius retinerent: Nam
quamprimum ſuborto ſacræ Sctipturæ ſol
detecta fuerit grandis illarum impietas
omni propediem fraudandi arte privarentur
Sed ut hæc genuina ſacris Scripturis per
ſpicuitatem denegandi ratio minus appare
at; ſpecioſum ſatis, obſcuritatis ergo, ho
mines à ſacrisScripturis arcendi prætextum
comminiſcuntur, maximam quippe in ho
mines charitatem; ne rudi laicorum homi
num inſcitia pervertatur ſacra Scrip
tura, & perverſa, in pernicioſa animæ im
mortali dogmata eos proclives adigat, u
innuere videtur Apoſtolus *Petrus* 2. Epiſt
3. 16. Sed quamquam vera Charitas ſit
optimo jure, magni apud omnes ponderis
fucata tamen & fictitia, & quicquid illi ſu
perſtructum ſit, rejiciatur: Quam ver
inane charitatis nomen, in præſenti nego
tio, jactetur, apparebit.

1*mo.* Qui homines, a ſacrarum literarum
lectione, ad periculum æternæ perditioni
evitandum arceri volunt; eos ſummæ ve
credulitatis, vel oſcitantiæ ipſos Apoſtole

k Evangeliſtas arguere neceſſe eſt. nam il-
i eo fine, ut ſupra probatum ſcripta ſua
xararunt, ut ab omnibus promiſcue legan-
ur ſimul & intelligantur & ſi legendi, &
d lectorum notitiam aſſequendam anni-
endi fructus ſit adeo mortiferus & perni-
ioſus; hinc Apoſtoli & Evangeliſtæ e-
unt, horreſco referens, non ſalutis ſed
erditionis miniſtri. Apage iſtiuſmodi
haritatem quæ cum cruciatu conjungi-
tur

2*do*. Si verum & magnum alicujus rei
commodum, proterea quod quibuſdam
per accidens fuerit noxium, rejiciendum
ſit: tunc non expediret ſolem lucere, ne
ippientibus officiat gratum alioquin & pla-
cidum ejuſdem lumen. Tunc ſterilitas ter-
ræ ejuſdem fertilitate potior habenda fo-
ret, quod uberes illius fruges ebrioſis &
guloſis ſint plurimum damnoſæ. Eadem-
que ratione altum de ipſo Evangelio ſilen-
tium injungendum eſſet, quia Evangelium
non tantum ſcriptum, ſed ore prolatum,
multis, ipſorum pravitate ita factitante,
non vitæ aliquando ſed necis & dirioris

perditionis sit ministerium. Ipse Apostolus Petrus qui illiteratorum & minus stabilium homînum, ad difficiliora in sacris Scripturis depravanda, pronitatem specialius annotaverat, diserte tamen affirmat se epistolas suas eo intuitu scripsisse, ut apud quoslibet Christianos vigeat Christianæ doctrinæ memoria & reminiscentia: sed quod Apostolo fuit in proposito, ni illæ epistolæ lectæ & intellectæ fuissent, nunquam assequendum foret.

3*tio*. Si tantum sit apud homines in ipsorum perniciem, sacras Scripturas ob earundem obscuritatem detorquendi periculum; tunc illi qui sæpius & pejus ad eas detorquendas proniores se exhibuerunt, ab illarum lectione speciatim arcendi essent: at ex horum numero extitisse non indoctos tantum laicos; sed literatissimos quosdam scholarum antistites expertus est Orbis Christianus. Et rudium hominum deliria non longius quam in ipsorum perniciem, ut plurimum progrediuntur, dum vesana doctiorum commenta venenatam suam contagionem longe lateq; diffundunt. Ortum

& propagationem cujuslibet hæretici & pestiferi dogmatis, Christianum Orbem infestantis, ab impurgatè eruditi cujusdam cerebro, & aliorum id genus vafritiâ ac præstigijs, proveniſſe norunt omnes, quod quidem, non eruditioni, ſed pravitati mentitâ eruditione ſuffultæ, imputandum eſt.

4to. Quorum quæſumus, piorumne an impiorum hominum ſalute, in prohibenda ſacrarum literarum ob illarum obſcuritatem, perlectione, conſulere vult Romanenſium charitas? Si impiorum, res eſt non præſtanda; hujus enim generis, non tantum ſunt illiterati, ſed, proh dolor, multi non parum literarum gnari, quibus cum privilegio factas Scripturas revolvendi conceſſa eſt facultas: Sed cujuscunque ſint ordinis profani homines, ſive idiotarum ſubſellia, ſive doctorum erectiores cathedras occupantes, non tantum ſacris Scripturis, ſed illarum elucidatioribus gloſſematis abuti poſſunt. quid enim non licebit audaculis iſtis & nefarijs hominibus omnia Pietatis repagula perrumpentibus? an impuris

puris illorum phantaſmatis obſtabit confecta ullius hominis infallibilitas cum ad ipſam tremendi Numinis infallibilitatem non contremiſcant. Si ex altera parte proborum & ſalutem candide exoptantium ſaluti conſulatur, alia offert ſe via, qua illi melioris indolis viri, privilegio ſacram paginam legendi quam liberrime ijs conceſſo, optatam ſalutis metam attingant: ut enim iſtiuſmodi pervicacis in pervertendis ſacris Scripturis ingenij, ſuſpicione non ſunt aſpergendi; ita nec ignorantiæ culpa, eaſdem a ſano ſenſu detorquere, ijs poſſibile exiſtit; ſi modo, tribus regulis rationi obvijs, obſervatu facillimis, & debitam ex eventu certitudinem ſpondentibus, morigeros ſe præbeant. *1mo.* Quod obſcuritatis velamine obductum appareat, piâ quâ decet humilitate, prætermittatur. *2do.* Nulla ſit, illius rei quæ non clare percipitur, tenacitas, talis præſertim quæ indubitato Charitatis Officio adverſetur, & hujus & illius ratio ſatis evidenter patet: nihil enim pro articulo fidei admittendum eſt, de quo divina voluntas non ſit credenti debitè perſpecta

ſpecta. 3*tio.* Nemini liceat ullam ſacris Scripturis affigere gloſſam, quæ non ſit conſentanea clariſſimis earundem teſtimoniis, illos articulos confirmandi gratia adductis, quæ apud omnes Chriſtianos communiter fidem obtinent, ac qui ſpeciatim in Decalogo, ſymboloque fidei, ut vulgo audit, Apoſtolico, & Sacramentorum doctrina ab omnibus conſtitutis Eccleſijs agnita, continentur, tot ex ſacris ſcripturis ad dictos articulos clare ſtabilendos eruenda eſſe teſtimonia negabit nullus: Si quis vero, pervicacia non ferenda, hoc negaverit; eum tantæ pervicaciæ reum, maximo ſuffundat pudore concurrens omnium de illorum locorum ſenſu ſuffragium: Quid enim præter ipſiſſimam locorum evidentiam, hominibus adverſantium alioquin ſententiarum fautoribus idem de iiſdem ſentiendi facultatem concederet. Prædictæ regulæ animitus amplexæ, & ſerio ad praxin reductæ, quemcunque piæ indolis hominem ab omni perverſa ſacrarum literarum diſtortione munitum & ſalvum reddent. Et inſuper debita appoſitorum mediorum ope adhibita, non

divina

divina modo neceſſariarum, ſed & multifaria utilium veritatum notitia, eum, adjuvante divina gratia, imbutum eſſe efficient. Huic plenis buccis ſuccinit multorum experientia corda ipſorum ſacro gaudio ſuaviter perfundens.

## CAP. X.

### *De utilitate & neceſſitate Publici Miniſterii.*

PErſpicuitate ſacræ Scripturæ, perfectioni ejuſdem reſpondente, jam evicta; non eſt quod quis dubius ambigat aut anxius hæreat, de ullo neceſſario Chriſtianæ veritatis articulo, audiat tantummodo illam Iſchah: vocem ad fontem veritatis ductricem. *Cap*: 8. *verſ*: 20. *Legem & conteſtationem conſulunto, &c*: Sed forte objiciet quis, hanc ſacris codicis adeo perfecti & perſpicui ductum, ſupervacaneum reddere publicum paſtorum miniſterium a Chriſto ipſo inſtitutum. Ad hanc ergo objectionem diluendam; publici Miniſterii divina autoritate ſanciti ſummam, non obſtante

tante ſacræ Scripturæ perfectione ut & perpicuitate, utilitatem & neceſſitatem paucis perſtringemus.

1*mo.* Tametſi maxima cum perſpicuitate perfectio ſacris Scripturis, ut par eſt, concedatur; non imminutior tamen hoc pacto publici Miniſterii vel utilitas vel neceſſitas. Nam 1*mo.* Abſque ſacro Miniſterio, cultus Religioſus (Deo, jure optimo, debitus & cultoribus pietatem excitandi & augendi gratia apprime utilis) ita qua decet ſolemnitate peragi non poteſt. 2*do.* Abſque eodem paſtorum Miniſterio nulla foret licita ſecundum Chriſti Inſtitutionem Sacramentorum diſpenſatio; nec debita in cætibus Chriſtianis diſciplinæ clavium verſura. 3*tio.* Sacrum Miniſterium ad uberiorem veritatum cognitarum utilitatem promovendam Summopere conducit. 1*mo.* illas Solemnius proponendo, ac pungentius appoſitis argumentorum incitamentis urgendo: quo minus hominum memoriam fugiant, ac illarum vividam fidem, & amorem fervidum magis perſentiſcant. 2*do.* Opportune ſub miniſtrando, generaliorum

veritatum practicam applicationem, quæ ſpecialiori cujuſlibet Chriſtiani conditioni rite accommodetur. Quantum hæc Officia omnium Chriſtianorum interſint: & quantum optanda illorum præſtatio peculiari hominum ( qui in pietatis & literaturæ diſciplinis educati ſunt ) ordine indigeat: probi cujuſcunque judicio relinquimus.

2*do* Requiſita Chriſtianæ doctrinæ certitudo ſacris Scripturis innixa. 1*mo*. Talem ſacrarum Scripturarum perſpicuitatem non poſtulat, ut cuicunq; hebetioris ingenij pateant, primo quoque intuitu, omnes neceſſarij fidei articuli: ſufficit enim, ſi homines mediocriter perſpicaces, debita mediorum ope, & ſeria animi applicatione, illos ex ſacris literis elicere poterint; eaſque digerere in fidei ſymbola, catechiſmos &c: Ita ut cujuſlibet articuli veritas evidentiſſimis ſacræ ſcripturæ Teſtimoniis inniti, a quolibet intelligente viro conſpiciatur. Huic rei Romanenſes adverſari non ſuſpicamur: nam cum de Canonibus Conciliorum, & *P*aparum decretis agatur; ipſiſſima ipſi incedunt via, ex illis, nempe, in uſum

vulg

vulgi, extrahendo obvia quædam compendiola. Quod cum ita sit, quinam magis idonei ad tale munus subeundum? quam istiusmodi, in quos, specialiori nomine, Theologiæ Operam dandi provincia devoluta est. 2*do*. Ad Christianæ doctrinæ certitudinem stabiliendam; talis vel fidei articulorum, vel eorundem ex sacris literis probationum evidentia non requiritur, quæ omni supersedeat explicationi aut illustrationi, quam aut materiæ sublimitas, aut phrasis vel vox aliqua, quibusdam saltem in re literaria parum versatis minus nota, efflagitant: Nam hoc ipsissimum ab ipsis Pontificijs concedendum est; cum explicatissimi eorum Catechismi, ad rudiores instruendos, explicatione egeant. Sed sacrum pastorum ministerium necessariis hisce explicationibus apprime accommodatum est. 3*tio*. Vix ulla verba aut prolata, aut scripta, tanta cum perspicuitate unquam fuerunt, qua obviam omnino datur sophisticis improborum subtilitatibus, illa a sano sensu in alium eidem aliquando contrarium detorquentibus: Quocirca ad

arcenda vulpina pravorum in gregem Christianam impostorum tentamina, summe necessaria est publici Ministerii cura pastoralis. Denique in ditissimo sacrarum Scripturarum thesauro plurimæ habentur maximæ utilitatis veritates, quæ quanquam quibusdam reconditiores appareant; opera tamen & pietate eorum, qui sacro Ministerio ex officio, præcipue vacant, in suavissimum multorum oblectamentum, nec non maltifarium commodum elucidari possunt. Ex hac comprobata publici pastorum Ministerij utilitate & necessitate, duo licebit subjungere corollaria.

1*mo*. Quanquam nulla sit firma & ordinaria Christianæ Doctrinæ, absque divina in sacris Scripturis Revelatione, certitudo: Attamen si non vigeat in Christianis Ecclesijs publicum pastorum Ministerium, hæc Christiana Doctrina brevi non solum contemptim neglecta; sed ad interitum penitus redacta foret seria & solennis, vivida & practica ejusdem professio. Ex quo capite; Ecclesia, respectu publici Ministerij, Apostolorum & Prophetarum in sacris Scripturis

Scripturis loquentium basi superstructa est, secundum Apostolum *Paulum* 1. *Timoth:* 3. 15. *Veritatis fundamentum & columna.* Atque hinc lumine non opaco clarescit, quam infesti sint Christianæ veritati hostes, qui publicum Ministerium floccipendent & publicos Evangelij Ministros contemptui habendos esse ducunt ac curant.

2*do.* Nullo Evangelii Ministro fas est, cuivis sacræ Scripturæ sensum affigere, quem ipsius textus literis conformem non clare illustraverit: Sunt enim Ministri Christianæ Doctrinæ non arbitrarij dictatores, sed doctrinæ primitus traditæ doctores tantum & dispensatores; ac proinde sacra Scriptura (non obstante publici Ministerij necessitate) tanquam unica & solitaria fidei regula habenda est. Hic naturam judicij discretivi, privatis Christianis apud reformatos concessi, opportuna offert se elucidandi ansa. Per judicium discretivum, non aliud intelligunt Reformati, quam, facultatem percipiendi illam doctrinam a publico Ministerio traditam, esse sacris Scripturis conformem vel disformem

&

& sic amplexandam vel non amplexandam esse. In qua conformitate judicanda, si non tantum privatorum mediorum ope; sed ipsos insuper (ut docent Reformati) Evangelij Ministros consulant privati Christiani, nullum in rebus necessarijs candidis veritatis indagatoribus obvenire potest deviandi periculum, sed de hoc infra plenius agetur.

## CAP XI.

### *De diversitate opinionum inter Reformatos.*

EXpedita duarum quæstionum resolutione, quæ resolvendi ergo, Capite *4to.* Propositæ fuerunt; nihil opinamur deesse, quo minus æqui rerum dictarum æstimatores, ad pacatam animi acquiescentiam, veram Christianæ doctrinæ certitudinem attingant; Simodo illis arridear ea incedere via, qua ad æternam requiem ducit infinite sapiens supremi Numinis voluntas: nam cum non sint miracula singulis temporum

temporum periodis repetita, homines plene de singulis articulis certiores facientia. Nec talis sancti Spiritus assistentia, quæ in successiva Christianæ doctrinæ traditione, professores ab omni erroris labe tuentur, certior certitudo nulli offerri potest, cui ullam habendi certitudinem est Cura, quam quæ a sacris Scripturis authenticis Apostolicorum virorum scriptis, &c: exhibetur, ni aliam habere in Votis sit, quam largiendam fuisse, Deo optima & summe sapienti visum fuerit.

Sed affectati scepticismi & profligatæ impietatis hominibus consulto hic prætermissis, & interioribus reclamantium conscientiarum aculeis, relictis. Operæ prætium foreducimus infirmioribus non pravitate aliqua, sed ipsorum infirmitate & aliorum vafritia labentibus, ulterius paululum suppetias ferre. Imbecilliorum stabilem dc jam dictis fidem, discrepantes sententiæ & exinde acriores lites eorum qui sacram Scripturam ut unicam Christianæ doctrinæ stateram, erigendam esse volunt, non parum fortassin concutiunt : hoc enim

enim offendiculo tanquam machina ſumma arte ſpecioſe conſtructa, infirmiorum animos convellere, & illorum fidem labefactari, Emiſſarij Romanæ Eccleſiæ, ut indicant eorum ſuſurri, Sermones & libelli, omni ope conantur; quo facilius incautos pertrahant ad placita erroneæ & corruptæ illius Eccleſiæ, tanquam oracula, implicita fide acceptanda. Sed quam elumbe ſit, larvatum hoc argumentum, ab opinionum diverſitate, & litibus inde exortis deductum, ſequentibus rationibus, omnium oculis illucebit.

1*mo*. Si Eccleſia, ejuſque in rebus fidei regula ob quaſdam ſolummodo diſcrepantes ſententias, & rixas inter profeſſores ab illis diſcrepantibus ſententias profluentes, omnino improbanda eſſet: tunc non tantum particularis Eccleſia, ſed Eccleſia univerſalis, & conſequenter ipſa Chriſtianæ Doctrinæ profeſſio, ineluctabiliter rejicienda foret: Nam Acta Apoſt: â St. *Luca* conſcripta, & omnia antiquitatis monumenta commonſtrant, Apoſtolorum ſeculo, de rituum legalium obſervantia; et poſterioribus

rioribus seculis, de alijs rebus, plurimas & acerrimas fuisse contraversias. Quamobrem potuissentne *Judei* & *Pagani*, olim hoc in apice obtrectandi ansam arrepsisse contra Christianos, ut Pontificij nunc contra Reformatos, & eos hanc ipsissimam objectionem obtulisse testis est *Clemens Alexandrinus* qui anno 196 claruit. Ille 7*mo*. Strom: non tantum objectionem in medium adducit; sed ibidem ad illam respondet, 1*mo*. Multas fuisse apud ipsos *Judeos* & *Gentiles* diversas opiniones. 2*do*. Si tale argumentum ecquid probet nimium probat, ægrotantem, quippe, non debere medicum admittere, propter varias & diversas in re Physica Medicorum sententias. Neminem ingrediundum esse viam Regiam, quod apud illam sint aliæ viæ ad præcipitium aut fluvium rapide fluentem ducentes. Nullum nummum esse verum, quod nummus detur adulterinus. 3*tio* Prophetice dictum a Domino fuisse, fore ut in veritate seminentur hæreses, ut in frumento zizania. 4*to*. Quo magis invaluerint inevitabiles errores, eo magis veritatem ab ipsa

regula veritatis desumendam esse, & Scripturam esse regulam non minus sufficientem, quod illa abusi fuerint quidam Heretici. Quæ omnia fusius & plenius loco citato prosequitur dictus author. Origen pariter, in hoc ipsissimo negotio, Christianorum vindicias agit, libro 3*tio*. Contra Celsum. Unde videre est quam fucarum & invalidum sit hoc circumforaneorum Romanensium argumentum, contra reformatos, & regulam fidei ab illis propugnatam; nam æque militat contra ipsum Christianismum; & accuratius pensitatum nihil virium ad ullam institutionem improbandam habet.

2*do*. Si aliæ cujusliber apud reformatos opinionum diversitatis causæ, quam vel obscuritas vel imperfectio sacræ Scripturæ, assignari possunt; tunc iniquum est ullam opinionum diversitatem sacræ Scripturæ ut fidei regulæ ascribere: Sed aliæ discrepantium sententiarum causæ assignabiles sunt. Nam 1*mo*. Multa sunt quæ plurimi auxius licito aucupantur, & se, ex aliqua sacræ Scripturæ parte male intellecta, affecutos esse autumant. Unde evenit multos dogmatice

maticè nimis determinare de iis quæ tanquam minus neceſſaria non viſum fuit Deo in ſacris Scripturis revelare. Et nil mirum homines diverſa ſentire & loqui, de quo ſacra Scriptura re vera ſilet; & inſolitum non eſt contraverſiam, licet iniquiorem, ſemel ſubortam vel ex ſtudio partium, vel ex proprii alicujus commodi aucupio auctiorem reddi. 2*do*. Multa ſunt in ſacra Scriptura ſedulo indagatori ſatis obvia, de quibus tamen errare ſe patiuntur homines; quod citius debito immaturos ipſorum conceptus amplectantur, & nimio Zeli ardore eoſdem proſequantur. 3*tio*. Quidam fortaſſe reformati nomine ementito, in reformatæ Religionis detrimentum, tanta poteſt pravitate corripi, ut maxima qua valeat ingenij & acuminis ſolertia, infauſta diſcordiarum ſemina ſpargat & foveat. Jam cum nulla ſit, apud Reformatos, vel opinionum diverſitas, vel unitatis ſciſſura, quæ ab harum cauſarum una aut altera ortum & progreſſum non hauſerit; veritati adverſum & homine candido plane indignum eſt, tale quippiam ſacræ Scripturæ

impingere; ac si sacra Scriptura, pro fidei regula amplexa, ullam ullis errandi & rixandi ansam porrigeret: Vera quidem deviandi, & de recta via altercandi causa est quod homines sacrarum Scripturarum ductus minus sequaces, earumque dictamini parum morigeros se præbeat.

3*tio*. Omnes constitutæ reformatorum Ecclesiæ in unam de necessarijs coeunt sententiam, ut nulla alteram saluti præcludat, cujus indicium, omni exceptione majus, ex illorum Confessionibus ac fidei formulis evidenter patet. Atque hinc luculentum satis sacrarum Scripturarum, & perfectionis & perspicuitatis, de rebus necessarijs, exurgit testimonium. Nam aliam nullam apud reformatos de alijs rebus ferventius debito altercantes, idem de necessarijs spirandi causam hariolari licet, quam perspicuæ sacrarum Literarum regulæ ab ijs receptæ perfectio. Hinc insuper apparet, viam, ad salutem, & æternam animarum requiem ducentem, non esse Reformatis subobscuram vel ambiguam: Nam non obstantibus de rebus levioris momenti contraversijs

inconcussa

inconcussa tamen apud illos manet omnis salvificæ veritatis columna: Facessat ergo sophisticum illud pontificiæ gentis apud incautiores ratiocinium, quo spem æternæ salutis ob quasdam de rebus levioribus discrepantes sententias dubiam & minus certam concludi volunt. An hominibus in diversas de quibusdam Religionis levioribus sententias abeuntibus, in nullis præcipuis saltem & necessarijs convenire licet? Et an non concordans de præcipuis & necessarijs apud omnes sententia, plenam satis suppetat de modo vitam æternam attingendi certitudinem? Nullus qui non esset ad Anticyras relegandus denegare audebit. Sed si cui, vix credenda, sit denegandi audacia iste primitivis Christianis, per quinquaginta secula, nullam fuisse salutis certitudinem asserat oportet: Apud omnes enim Ecclesiasticos autores, non tantum opinionis sed & praxeos respectu narrantur puriorum temporum dissidia. Strigosum equidem consubstantiationis dogma, non tantum omni mentis & sensuum perceptioni, sed sacrarum Scripturarum autoritati ad-

anti & vesano cerebro fulminantia Papæ placita æque ac divina sacræ Scripturæ oracula, tanquam nasum cereum contorquere licebit? vel. 2*do.* Per prædictam phrasin intelligitur, hominem rationali sua percipiendi facultate utendum esse, qua (privatorum & publicorum mediorum ope adhibita) dignoscat quænam sit vera fidei regula, quæque ut credenda sibi illa regula dictitet. Ut hunc sensum Reformati liberrime amplectuntur, ita communi hominum suffragio amplexandum & comprobandum esse, quæ sequuntur monstrabunt.

1*mo.* Ipsos oportet Pontificios cuilibet hanc ratione utendi facultatem largiri: Quanquam enim potestatem juridicam Papæ vel generali Concilio astringendam esse teneant: nihilominus vero per illos cuivis privato licitum est propriæ suæ rationis facultate exquirere quæ motiva ipsum ad infallibilitatem Ecclesiæ credendam inducant. 2*do.* Per eosdem privato permittitur ratione indagari, quænam sint vera veræ Ecclesiæ signa, & quam vere accommodata sint illa signa Ecclesiæ Romanæ.

3*tio.* Cui-

*3tio.* Cuicunq; perceptiva intellectus sui facultas concedenda est, qua Ecclesiæ Canones & decreta intelligat, an jure obligant leges in quas oculum defigere fir nefas? Si in hisce, cuilibet spontaneum rationis exercitium prohibuerint Romanenses: tunc Tyrannorum instar, homines. in re Religionis non ut homines, sed tanquam Mancipia, tractandos esse, illis in animis foret. Et sic homines omnem ipsorum Religionem, non deliberatæ rationalis arbitrij electioni, sed cæcæ fortunæ acceptam referrent. Et fortuito tantum contingeret, ullum esse Christianum, & non *P*aganum, Mahumetanum, Judeum, vel Hæreticum. Ad quod abjurditatum barathrum evitandum, si eligibilius duxerint Pontificij, privato cujlibet rationis usum indulgere: tunc Romana Ecclesia non est ulterius, ab illius sequacibus, vel ut vera, vel ut infallibilis habenda, nec ejusdem canones, pro fidei Canone, ulterius acceptandæ, quam ex arbitrio rationis dijudicaverint. Et sic Pontificia fidej regula, est tantum regula prout intellecta & interpretata a quolibet sani judicij viro. Unde

discretivum judicium cujlibet, apud Romanenses æque ac Reformatos concedendi existit necessitas. Et consequenter quivis sano sensu poterit esse Ecclesiæ judex. Si itaque Reformatorum fidei regula ullis excipienda sit cachinnis, eodem etiam jure illa Romanensium se ridendam præbet. 2*do.* Hanc opinionem & praxin apud Reformatos de rationis exercitio, quo quodlibet circa fidem dogma ad sacræ Scripturæ incudem revocetur, corroborant & statuminant clarissima sacræ Scripturæ loca. 1 Thess: 5: 1. *Omnia explorate quod bonum fuerit retinete.* 1 Joh: 4. 1. *Ne cuivis Spiritui credite: sed probate Spiritus an ex Deo sint.* 1 *Pet*: 3. 15. *Estote autem semper parati ad respondendum cuilibet petenti rationem rejus Spei quæ in vobis est.* Luc: 12: 57. *Cur autem & per vos ipsos non discernitis quod justum est.* Matth: 15. 14. *Quod si cæcus cæcum per viam duxerit ambo in foveam cadent.* Hæc Testimonia si non probaverint rationem esse ab hominibus in Rebus Religionis utendam, voces non forent signa rerum, nec ulla argumentativa ex vocum significatione daretur illatio. 3*tio.*

3*tio.* Si hominibus, nativa & ipſis à Deo indita ratione uti non liceat, qua, in earum rerum cognitionem deveniant, quas fidei norma, Sacra nempe Scriptura, tanquam credenda, præſcripſerit; tunc obſtaculo foret, quo minus a deceptis & decipientibus ductoribus in craſſiſſimos errores ſeducantur. Non eſt quod obtrectent hic adverſarij nullum damnum inde ſecuturum eſſe, quod non ſeducti ſed ſeductores iſtiuſmodi criminis rei peragendi ſint: Nam Judei nec *Aaronis*, nec *Jeſchabiæ*, nec *Micajæ*, aut *Malachi* temporibus, ullius criminoſæ idololatriæ arguendi eſſent. Immo ipſius Chriſti crucifixores, ſacerdotum dicto audientes, omni [ abſit Blaſphemia ] culpa vacui forent. Lex primitus non tantum Sacerdotibus ſed & populo tradita fuit. Et prima ejus promulgatio, Deo ſic ordinante, omnium auribus inſonuit. Deus in lege ferenda, unumquemque ſingulatim alloquitur, *hoc vel illud facies* vel *non facies.* Minantur non ſolum ſacerdotes, ſed totus populus, ſin minus lex præſtita fuerit. Deut: 27. 26. *Maledictus qui non præſtiterit*

*rit verba Legis faciendo ea, & dicit totus populus, Amen.* Gal: 3. 10 *Execrabilis est quisquis*, non sacerdos solummodo, *qui non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis ut faciat ea.* Et Deus nos certiores facit. *Ezek:* 33. 8. Ipsum improbum ob iniquitatem suam moriturum, quanquam pastorum culpa perierit; Et illius ergo pastores quidem pœnas luituros esse. Christus *Matt:* 15. 14. Asseverat, si cœcus cœcum per viam duxerit, ambo in foveam casuros. Quapropter ruina ex deceptorum & decipientium ductorum seductione non est aliter evitanda, quam per debitum ratiocinium dispiciendo, qui sint seductores, qui non; Illud *Deut:* 17. 9. 10. 11. Non spondet populum, Sacerdotes & Levitas, legitime licet vocatos, sequentem, a peccato immunem fore: Nam notandum est, 1*mo. Sententias* illorum Sacerdotum, ex præstito legis proferendas fuisse. 2*do.* Illos versus agere de incidentibus quibuslibet causis & contraversijs, de quibus non tantum Sacerdotibus, sed & alijs concessa fuit judicandi potestas.

4*to.* Si

4to. Si omnes a perscrutandis Sacris Scripturis ob quorundam male sanum in iisdem pervertendis ingenium amoliendi sint, tunc nullis licitum foret ulla tractare, quæ à vesanis unquam in malum usum detorta fuerunt, ac si omnes essent insani vel insanorum ergo saniores puniendi sint. An omnes Reformati, in diversis de rebus majoris momenti abeunt sententias? contrarium testantur ipsorum Confessiones. Et an ob quorundam insciciam vel pravitatem, jure licet omnes veritatis regulâ fraudari.

Postremo, Si rationis exercitium in exquirenda è sacris Scripturis veritate pernicioso fit Ecclesiæ Unitati & Salutis in eadem certitudini, tunc ineluctabiliter sequitur Apostolos & Apostolicos Viros, qui non tantum permiserunt, sed in mandato dederunt ut sacræ Scripturæ legantur & legendo intelligantur, non Ecclesiam ædificandi sed deturbandi, & professorum fidem convellendi causâ scripta sua exarasse. Si portentosum hoc horrore commoveat cujusvis Christiani animum, horrendum oportet esse illud dogma, unde tam monstrosum

con-

consequens ortum ducit : ac propterea talia fando horrescant omnes, rationis nempe exercitium, in veritate e limpidissimo veritatis in Sacra Scriptura fonte exantlanda ulli noxium & pernicioſum esse. Et è contra ab omnibus agnoſcatur, ſacræ Scripturæ regulam debite inſpiciendo, pieque obſervando ſe aſſecuturos illam pacem quam exhibet Apoſtolica Benedictio. Gal. 6. 16. *Et quicunque ſecundum hanc regulam incedent, pax eſto ſuper eos, & miſericordia & ſuper Iſraelem Dei.*

Ex dictis patet, quod licet humana ratio non ſit, ſecundum craſſiſſimum quorundam commentum, ipſa Religionis regula; eſt tamen quaſi oculus quo quiſque cernat, quænam ſit vera regula, quæque tanquam credenda & agenda illa regula dictitet. Sed cum hic oculus rationis, poſt lapſum, haud parum ſit caligine obductus, divina Spiritus Sancti illuminatione omnino indiget qua divinarum veritatum vivida perceptio & fides ſalvifica profeſſoribus contingant.

CAP.

# CAP. XIII.

## *De Judice Contraversiarum.*

SUmmota illa, contra sacram Scripturam ut fidei regulam, objectione, quæ a diversitate opinionum, & diversa opinantium rixis petita fuit. Suggeret etiamnum forte aliquis, plenam Ecclesiæ unitatem esse multo amabilem, & summopere expetendam: Ad illam vero asserquendam, supremi judicis constitutionem plurimum conducere.

Sed *1mo* Nullus est in terris, dotibus huic officio necessarijs imbutus: Nam ad tale munus obeundum, non minus quam ipsius infallibilitatis donum postulatur; quod quam inane sit hominum figmentum, ex supra dictis probatum est. Et hic supra allatis subjicere liceat, non aliam quam infallibilem infallibilitatis demonstrationem, anxijs de rebus fidei animis satisfacturam esse: Cujus enim probabilis tantum exstiterit probatio; probabile tantum, dubium

bium & minus firmum credendi fundamen ſubminiſtravit: Sed cum accerrimi infallibilitatis propugnatores, fluctuantibus inter ſe ſententijs, dimicantes cernantur, nequaquam probabile fore ducimus, hanc infallibilem infallibilitatis demonſtrationem unquam ab illis in medium adducendam eſſe.

2*do.* Fallibilis contraverſiarum Judex, non tantum inutilis foret ad pacandas hominum ſubactioris judicij conſcientias: Sed etiam ſumme periculoſus, ne incautos & nimis credulos craſſiſſimis quibuſcunque erroribus involverit: Nam ſi humanæ illius judicis fallibilitati, vitioſa acceſſerit vita, nullum infallibile aſſignari poteſt obſtaculum, quo minus de facto craſſiorum errorum author exiſtat. Quocirca cum ſupremus contraverſiarum judex ſit quibuſdam inutilis, & alijs periculoſus, talem conſtituere illique abſolutam dictitandi autoritatem impertiri ſummum foret nefas.

Proxime allata aperte ſatis indicant quam elumbe ſit pro ſupremo contraverſiarum judice argumentum, a ſtrictioris in Eccleſia

cleſia unionis commoditate deſumptum: nam quæcunque fuerint illius judicis commoda, non exinde elicitur talem judicem infallibilitate eſſe donatum; ſi vero infallibilitate donatus non fuerit, non Eccleſiæ commodo, ſed maximo illius detrimento foret. Fruſtra ergo ad hanc commoditatem illuſtrandam, comparationem inſtituunt quidam, inter ſupremum judicem in republica & ſupremum judicem in Eccleſia: Nam quam diſpar ſit horum ratio, paucis indigitabitur.

1*mo* Humani ingenii viribus non conceditur, iſtiuſmodi leges excogitare, quæ cuicunque rei natæ accommodari queant: Multum ergo conducit reipublicæ ſupremus judex, quæ, inito concilio, legis defectum ex principiis rationis ſuppleat. Sed, ut jam probatum, ſacra Scriptura eſt regula omnibus numeris perfecta.

2*do.* Summum jus, ut in proverbium abiit, eſt ſumma injuria: Propterea ſummopere aliquando opus eſt ſupremi judicis moderamine. Sed hujus in articulis fidei ſtatuminandis nullus obvenit uſus.

3*tio*. Supremus judex reipublicæ expedit, quia potens est litigantium jurgia compescere, ne in perpetuum protrahantur, & regni status continuis rixis perturbetur. Quanquam enim æquitati forensis supremi judicis sententiæ non teneantur homines semper assentire, tenentur tamen externam illi obedientiam præstare. Si qui vero minus morigeri fuerint, supremo judici suppetit coactiva potestas qua contumaces in obsequium adigat. Sed ad pacandas de rebus fidei conscientias aliud nihil sufficit quam plena de judicis infallibilitate persuasio: Absque hac enim, fluctuantes & minus pacatæ manerent interiores hominum conscientiæ. Et quæ quæsumus, fluctuantibus internis conscientijs, speranda est externa professionis concordia? Nam ad externas lites componendas, nulla est ulli in Ecclesia judici secularis alicujus gladij jus aut potestas: Violentæ enim in rebus fidei coactioni, non tantum praxis Christi & Apostolorum in sacris Scripturis narrata, omne qualecunque patrocinium denegat. Sed illa ipsissimo totius Evangelij

gelij in iisdem proposito in solidum adversatur.

Nihilominus vero Romani Pontifices pespectum habentes, quam inefficax foret potestas juridica, quæ non fuerit potestate coactiva comitata ; ut illam ita hanc, inviris licet sacris Scripturis, sibi tanquam proprio jure vendicant ; & Christianos adunandi prætextu, gladio ferri æquè ac verbi se accinctos esse volunt. Atque hinc pullescit truculentum illud dogma, licitum sc: esse Romano pontifici nullum non lapidem movere, ut Principes ejus placitis renitentes, vel dignitate priventur, vel è medio penitus tollantur, ut & subditi diris & sanguinolentis persecutionibus pessumdentur. Sunt quidem inter Romanenses, qui nefarium hoc dogma non palam profitentur: Sed quo minus hoc fiat, vel pudore, vel calliditate, vel ignorantia tantum sufflaminantur: Nam si Reges aut subditi supremi illius judicis dictamini pertinacius resisterent, ex suppositâ universalis in Ecclesia unitatis necessitate, tenetur ille judex debitis pœnis in rebelles animadvertere ; ne

venenata rebellionis contagio longius progrediatur. Et nihil quocunque tempore hujusmodi animadversioni obstat, nisi aut virium defectus, aut calliditatis copia; ne circumstantiarum quarundam ratione habita, majus damnum eo pacto foret secuturum. Nefarium & pernicioſum hoc dogma adeo nativæ necessariæ consequentiæ vi manat ex illo altero de necessitate universalis in Ecclesia unitatis, unius supremi judicis ope efficiendæ, ut quicunque posterius propugnet, admittere & propugnare oportet & prius. Criminosa hujus positionis propugnatio Jesuitis plerumque ascribitur: Quod audacius a quibusdam eorum propalata fuerit. Nasute quidem persentiscunt illi, inermem omnium judicem, nullius re vera judicem fore. Et unum idemque esse Ecclesiam habere judicem coactiva potestate nudatum, & quemlibet sibi ipsi pro lubitu judicem esse, quod sophisticè Reformatis, ut ridiculum quid, impingitur; ac si unum & idem esset, hominem esse sibi judicem in rebus civilibus, quo alijs injuriam inferre potuerit; & esse sibi judicem in propria ipsius ratione exercenda, qua notitiam & ve-

veritatem Religionis ſuæ attingat, & hujus ſolummodo aſſertio à Reformatis propugnatur, cujus denegatio Romanenſes cogit, uni homini infallibiliter fallibili privatum, juriſdictionem, infallibilitatem, & poteſtatem coactivam impertiri, quorum impertitionis conſequentiæ plene deductæ ſi ab omnibus concederentur, quid prohiberet ſumme horrendum Antichriſtianiſmum exinde provenire; ita ut homines primo duriſſimam ſervire ſervitutem, & tandem in imum, proh dolor, perditionis barathrum delabi cogerentur.

FINIS.

CZ 767